



# Refutatio horrendae prophanationis coenæ Domini.

<https://hdl.handle.net/1874/422179>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E. OUT.

127




30


31


32

33









N. II. C

E 8.127

# REFUTATIO HORRENDAE PRO- PHANATIONIS COE- næ Domini.

COLLECTA EX E-  
vangelio & sinceris antiquæ Ec-  
clesiae Testimonijis.

A GEORGIO MAIORE.  
iterum recognita.

Cum præfatione Philip-  
pi Melanthonis.

*Ex domo Bayleli*

VVITEBERGAE.

Ex officina Typographica  
Viti Creutzer.

---

1561.





卷之三

# OBTESTATIO AD Lectorem.

**O**BTESTOR TE PER

Deum Patrem Domini nostri Iesu Christi Christiane Lector, ut depositis affectibus, nulli parti addictus, uero iudicio legas & tecum expēndas, & confessras orthodoxorum. Patrum sententias hic citatas, cum ipsis exemplaribus, ac re cognita & explorata, postea iudices, cuius partis uerior sit sententia. Sanctifica eos in ueritate, ait Christus, Sermo tuus ueritas est, non Pontificum, neque Conciliorum Decreta, non Patrum scripta, neque longa consuetudo, neque ullius hominis, Imo ne Angeli quidem doctrina, ueritas esse potest, quæ cum hoc sermone Dei Patris pugnat, iuxta Regulam traditam, Si quis aliud Euangelium docet, Anathema sit.

A ij PIO

# PIO LECTORI

PHILIP. MELANTH.

S. D.

*Due curæ  
hominum  
precipue.*



## VAE OMNIVM

Hominum præcipue  
curæ esse debent, Pri-  
or, ut uerum Deum in-  
uocemus, & omnia co-  
menticia numina uite-  
mus, & execremur, si-  
cuit ipse inquit: Dominum Deum tuum  
adorabis, & ei soli seruies.

ALtera, ut circumspiciamus, quæ &  
ubi sit uera Dei Ecclesia, retinens funda-  
mentum, nec pertinaciter defendens im-  
pia dogmata, aut commenticia Numinis,  
nosq; ad illam unam ueram Ecclesiam  
Dei adgregemus, & in ea uelut in Arca  
abditæ in his horrendis confusionibus ge-  
neris humani seruemur. Sic enim scri-  
ptum est: Plantati in domo Domini, in  
atrijs domus Dei nostri florebunt.

Ad

Ad utrumque autem, scilicet ad ueram  
inuocationem, & ad dijudicandum, quae  
sit uera Ecclesia, necesse est intelligere  
externos & Panegyricos ritus, qui sunt  
nerui publicorum congresuum. Vult  
enim Deus exaudiri uocem Euangeliū in  
toto genere humano, uult agnoscī filium,  
de quo dicit, Et nunc Reges intelligite.  
Osculamini Filium. Aperite portas Prin-  
cipes uestras, & introibit Rex gloriae,  
Ideo semper Ecclesiam suam tanquam in  
Arce aliqua collocatam conspici & exau-  
diri ab omnibus gentibus uoluit, & in hac  
uult esse publicos & honestos congres-  
sus, in quibus sonet Euangelium, & fiat  
inuocatio publica. Et uincula horum  
congressuum semper uoluit esse certas ce-  
remonias non hominum consilijs institu-  
tas, sed ab ipso traditas.

Hæ cum non recte intelliguntur, hora-  
ribili furore homines falsa numina fin-  
gunt, & coetus illi desinunt esse Ecclesia  
Dei, ut subinde accidit, inde usq; à primis  
Patribus. Initio ueri Sacerdotes, Adam,  
A iij Abel,

Primi Sa.  
cerdotes.

Abel, Seth, Noe, Sem, Sciebant Deum  
non tantum externis gestibus colendum  
esse, sed oportere in mentibus accensam  
esse lucem uoce promissionis, qua recte  
agnosceretur & inuocaretur Deus fidu-  
cia promissi Mediatoris, & in cordibus  
uiuos sensus esse timoris Dei, fiduciae, di-  
lectionis & aliarum uirtutum, & mores  
externos congruere oportere cum illa sa-  
pientia Dei, quæ nominatur Legis noti-  
cia. Postea uero extenuos ritus sacrificia-  
ciorum sciebant institutos esse, ut in pu-  
blicis congressibus & hæc spectacula  
commonefacerent populum de promissi-  
one Diuina, sciebant mactatione pecu-  
dum significari mortem uenturi Redem-  
ptoris, qua ira Dei aduersus peccatum  
placanda esset, & id arcanum & miran-  
dum decretum de morte Redemptoris  
populo enarrabant.

Etsi autem semper in aliqua parte  
generis humani fulsit uera Dei & Re-  
demptoris agnitione, tamen plurimi homi-  
nibus contempta voce Patrum, laxa-  
runt

runt frenos cupiditatibus, ac deinde in  
poenis tanquam redituri ad Deum, uictis Origo  
mis & uarijs ritibus placare iram Dei co*Idolatrie.*  
nati sunt, & paulatim progressi longius,  
& incitati à Diabolis signa uerterunt in  
Deos, & alij alios excogitarunt. Chaldei  
& Persæ ignem, quo uictimæ incendes-  
bantur colebant, & in illo igne Numen  
esse fingeabant. Hic impius ritus in his <sup>Persarum</sup> <sup>Idolatria.</sup> <sup>Vr Chala</sup>  
storia nominatur, Vr Chaldeorum, Et <sup>deorum.</sup>  
hinc est Persarum Orimasda, quasi lu*Orimasa.*  
men sanctum, Or mehesed. <sup>da.</sup>

Deinde quām tetra fuerunt Aegyptiorum, Syrorum, & omnium ferè genitum Idola: qualis furor fuit in Bacchanalibus, qualis in mactatione hominum: Ita uerus Deus contumelij adficietur in maxima parte generis humani, spectabilibus & plaudentibus Diabolis. Horum malorum cogitatione cohorescere sanos nequaquam dubium est, tametsi magnitudine horum scelerum non satis intelligi

A iiiij. Sed ex

Sed exempla utetra commonefa-  
cere homines deberent, ut in hac delira-  
mundi senecta quereremus, ubi sit uera  
Dei Ecclesia, quæ uox doctrinæ incorru-  
**Vera Ec- pta, unde ritus orti sint, quæ deprauatio,**  
**clesia Dei qua occasione accesserit.** Cumq[ue] illa pri-  
**querenda. or ætas, in qua hominum natura minus**  
languida fuit, & disciplina seuerior tan-  
tum habuerit furorum, non existimemus  
in hac imbecilla & fatura Senecta nihil esse  
eorum, præsertim cum de ultima ætate  
vox diuina prædixerit, maiores fore op-  
nionum confusiones, quam fuerunt an-  
teat.

Nota sunt enim hæc terribilia ora-  
cula Matthæi 24. Multi Pseudoprophe-  
tæ surgent & seducent multos.

Et ad Timotheum scriptum est:  
τὸ δὲ πνεῦμα ἡγιώς λέγει, οὐ τούς νοέροις καὶ  
γάταις ἀποσκοτίαται τίνες τὴς ωἰσεως, προσέχον-  
τες πνευμάτοις. πλακοῖς, καὶ διδασκαλίαις δαί-  
μονιοῖς, &c.

Quantus autem stupor est, cum de  
rebus tantis diuinatus præmonisti simus,  
nullam

nullam admittere curam in animum querendi, an errores in Ecclesiam irrepserint.  
Quid similius est Ethnicis furoribus, quād quod passim ad certas statuas prostrati alloquuntur uel ipsa faxa, uel absentes homines, tanquam Deos, & ab eis mortuos auxilium petunt? Hæc exempla usitata esse in plurimis gentibus, & stabiliri eorum morem atrocissimis supplicijs, manifestum est, Et tamen tanta est impudentia Coelei, Vuicelij, Cussij & similium Sycophantarum, ut hæc sclera præstigijs Sophismatum excusare conentur.

Possent & alia multa similia recitari, de quibus in alijs scriptis dicitur. Nunc tantum de Coena Domini, de Prophana qua commonefactiones piae multæ in hoc libro collectæ sunt, dicam. An negari potest, fuisse & esse uenales Missas, & recitari eas magna ex parte à non intelligentibus quid agant? à pluribus uero quorum mentes & corpora spurcicia inquinata sunt. An negari potest falsam adorationem fieri in circum-

A 5 gestione.

gestatione panis, ubi extra usum nulla est  
Sacramenti ratio? An negari potest pro  
mortuis locari missas contra Sacrament  
rationem? Quid autem tristius dici po  
test, quam in illa ipsa parte generis huma  
ni, quae nominatur Ecclesia proponi sup  
plicia, si quis uel gemitu significat se dole  
re, adfici Deum tantis contumelij & ac  
cerfi poenas toti generi humano, & mul  
tos homines ruere in aeternum exitium?

Poenae im  
pietatis.

Florentissimæ fuerunt in Asia, Sy  
ria, Aegypto, & in Græcia ciuitates &  
Ecclesiæ, ubi nunc tantum stabula sunt  
latronum Turcicorum. Et in Europæ  
uiscera iam penetrant arma Turcica.  
Hæc si qui dicunt casu fieri, aut tantum  
consilijs humanis, aut lege stellarum, &  
non attrahi has tantas calamitates multis  
& magnis multorum hominum delictis  
& impietate, horum amentia manifestis  
Dei testimonij refutatur.

AGnosca

**A**GNOSCAMVS nos singuli uas  
arijs modis Deum offendisse & of-  
fendere, & uera conuersione nos emen-  
demus. Sed simul etiam illa publica sce-  
lera intelligere discamus, exuscitemus  
corda ad ueram inuocationem. Amemus  
Ecclesiam Dei, & quæramus ueram do-  
ctrinam de usu coenæ Domini. Nota sunt  
hæc fulmina, Si quis manducat & bibit  
indigne, iudicium sibi manducat & bibit.  
Discamus igitur reuerenter administrare  
hæc mysteria, & sciamus Deum uere ira-  
sci ihs, qui prophanationes stabiliunt, &  
ueris ac assiduis gemitibus à filio Dei pes-  
tamus, ut ipse nobis opem ferat, & liberet  
inuocantes ipsum ab erroribus, & à con-  
tagijs Idolorum. Non si tantum funde-  
re lachrymarum possem, quantum hic  
Albis noster undarum assidue uolutuit, dos-  
lori meo satisfacere possem, quem cir-  
cumfero multos iam annos propter hoc  
Ecclesiæ uulnus, quod ut sanet filius Dei  
toto eum pectore oro.

**V**t ipse filius Dei inquit, Desiderio  
deside.

*Vfus coe-  
ne Domini.  
nica.*

tio desiderauit hoc pascha manducare uo-  
biscum, ita audi conuenire ad coenam  
Domini debebamus, & amare hanc ip-  
sam frequentiam, & in hoc dulcissimo  
conuiuio erigi consolatione, & acquies-  
scere in filio Dei, qui adest his mysterijs, et  
exhibet se in sumptibus, uult hanc sum-  
ptionem tibi pignus esse, te ueré esse  
membrū filij Dei, qui est caput Ecclesiae,  
et in ea, et in te ipso est iam efficax. Hac  
te consolatione in hoc conuiuio uult re-  
creari, & laetum beneficia Novi testa-  
menti recordari, uult hanc  $\omega\sigma\delta\eta\pi$  foedus  
esse, quo testatur te cum his membrum  
ipsius, sibi curae esse, ac nequaquam  
uult te in hoc conuiuio esse κωφὸν πρόσω-  
πον, uult te intelligere quid agas, uult ex-  
citari fidem & laeticiam in pectore, & ac-  
cedere gratiarum actionem & inuocatio-  
nem pro te ipso, pro Ecclesia, pro ho-  
spitijs Ecclesiae. Ab hoc usu quan-  
tum absunt uenales Missæ & aliæ pro-  
phanationes, quas non sine gemitu cogi-  
tare possum:

Sint

**S**int autem grati p̄ijs labores eorum,  
Qui uerum usum ostendunt, ut in hoc  
scripto Georgius plurima collegit, quæ  
ueritatem illustrant, eaq; in re adhibuit in  
historijs & testimonijis fidem necessariam  
in docente. Nam alij multi qui pa-  
trocinantur erroribus, astutè multa di-  
cta undecunq; congerunt, plurima sup-  
posititia, seu ex recentibus indoctis scri-  
ptoribus sumpta, interdum & mutila, seu  
ambigua excerptunt ex ueteribus, quæ si  
ad iplos autores conferantur, mox ani-  
maduertes aliud pedem, aliud citharam  
sonare, ut olim dicebatur. Possim  
perspicue ostendere quasdam sententias  
citatas ab Aduersarijs nostris, quæ etiam  
si extant in recentibus editionibus, tamen  
non sunt in ueteribus libr̄is maiore cura  
& fide scriptis.

Visitata est Sophistica, præstigias  
offundere oculis & animis ruditum,  
mentione nominis Ecclesie, & con-  
sensus multorum seculorum, cum sape  
fiat

fiat iniuria sanctissimæ Ecclesiæ antiquitatis, quæ nondum habebat tantum morborum, quantum postea accessit. Cur ad uenales & priuatas Missas detorquent Aduersarij ueterum dicta, cum historiæ manifestè ostendant ueteribus priuatas Missas omnino ignotas fuisse? Nec si inueniunt alicubi in Aphrica sacrificium priuatim fecisse oblationem, unum atq[ue] alterum Exemplum barbaricæ & superstitionis gentis, Apostolicæ consuetudini opponatur. Nec defuerunt superstitiones nulli ætati.

Quare & in testimonij & in ipsa lectione ueterum adhibenda est consideratio, quæ fuerit scriptorum perpetua sententia, & quid obiter, quid improarie, quid consulto, quid explicate dixerint. Deniq[ue] normam etiam teneamus, ipsa scripta Prophetica, & Apostolica, & Symbola. Ac inueniri ueritas ab ihs potest, qui pio eam studio querunt, sicut inquit ipse filius Dei: Quanto magis

to magis Pater uester cœlestis dabit  
Spiritum sanctum potentibus. Quæ  
rant igitur pīj fontes doctrinæ, & regi  
mentes suas Spiritu diuino petant.

In eo studio sentient se  
diuinitus illa  
uari.

Bene uale pie Lector.

ILLVSTRI



**ILLVSTRI ET MAGNIFI-**  
co Domino, Domino Stanislao  
Comiti à Gorca, Gnezzensi,  
Buseensi, Colensi &c. Cam-  
pitano, Domino  
suo clement;



**VLTI SVNT HO-**  
mines prophani, qui  
doctrinam diuinam dis-  
uinitus immensa bo-  
nitate, per Prophetas  
& Apostolos tradi-  
tam, arbitrio humano  
mutari posse putant, sicuti pro ratione  
temporum & locorum, leges humanæ  
mutari solent. Vnde multorum Regum  
furores orti sunt, qui pro suo arbitrio re-  
ligiones fixerunt & refixerunt, & se su-  
a fôr statuas pro Dijs colî uoluerunt, quas  
les fuerunt, Nabuchodonosor, Alexan-  
der, Caius Cæsar & similes.

Et hoc tempore multa ~~nadæuata~~,  
in Regum aulis sunt, à quibus similis  
potentia

potentia & autoritas Regibus & Principibus tribuitur.

Sed uox diuina, alligat & Reges et populos orbis terrarum ad hanc doctrinam & ad hos cultus, qui per ministerium Prophetarum & Apostolorum, ut decretum Dei immutabile, traditi sunt, & mandat sub grauiissima poena & combinatione Regibus, ne ipsi pro sua uoluntate doctrinam & cultus Dei singant aut proponant, sed se dociles & eruditos cum suis populis, illis Doctoribus prebeant, qui filij Dei, nobiscum per Prophetas & Apostolos loquentis, mandata ad nos perferunt, cum inquit:

Et nunc Reges intelligite, erudimi-  
ni qui iudicatis terram.

Seruite Domino in timore, & exulta-  
te ei cum tremore.

Osculamini Filium, ne quando irasca-  
tur, & pereatis in via &c.

Ab hoc igitur Doctore, qui est in  
B sinu

ſihi Patris, & qui ſolus mentem & uoſt  
luntatem Patris nouit, non a Regibus,  
Pontificibus, aut Concilijs, aut Comitijs  
Principum, iuxta mandatum Patris,  
**HVNC AUDITE**, doctrina de Deo  
& cultus Dei diſcendi & petendi ſunt.

Solum enim (ut libro 5. refert Irenaeus) uerum & firmum magiftrum ha-  
bemus, **λόγος**, VERBVM DEI, Iesum  
Christum Dominum noſtrum, qui pro-  
pter immensam ſuam dilectionem, fa-  
ctus eſt quod ſumus nos, uti nos perſi-  
ret eſſe, quod eſt ipſe. Non enim aliter  
nos diſcere poteramus, quae ſunt Dei,  
niſi magiſter noſter uerbum existens, ho-  
mo factus fuiffet. Neq; enim alius po-  
terat enarrare nobis, quae ſunt Patris, niſi  
proprium ipſius uerbum. Quis enim  
alius cognouit ſenſum Domini? Aut  
quis alius eius consiliarius factus eſt?  
Quia ut idem inquit, Deum nemo co-  
gnoscere potest, niſi Deo docente.

Ideo **λόγος**, ſemper adſtuit & adeſt  
generi

generi humano, ac primus & instituit &  
perpetuo ministeriu ac uocem Euange-  
lij, per quam Patrem reuelat, conseruat,  
dans alios Apostolos, Prophetas &c.

Cum igitur monstruosus & horrendus  
partus.

πρόδε λέοντος ὅπιθεν δὲ δράκων μέση δὲ χίλιοι  
Δεκαποτνέουσα τυρός μέγος ἀδομένοιο  
ab impijs Monachis diu parturientibus  
in comitijs Augustanis Anno 1548.  
editus, Ecclesijs Germaniae fouendus &  
nutriendus, additis etiam diris minis ob-  
truderetur, multi fortes Bellerophonte,  
contra hoc monstrum pugnarunt, quo-  
rum telis & armis, Christo duce & custo-  
de, & monstrum hoc confossum & pro-  
fligatum, & arx Ecclesiae, puritas coelestis  
doctrinæ hactenus defensa & conseruata  
est.

ταῦτα δὲ τρέψει κεφαλαῖ, μία μὲν χαροποῦ Λε-  
βίδες χιλιάρχης, ἡδὲ ὄφιος κρατεροῖο δράκοντος.  
(ΟΥΤΩΣ)

Postea quam itaque mihi cum hoc tri-  
**B** 2 cipiti,

cipiti, seu potius septemcipiti monstro,  
in communi pugna, certandum uiderem,  
& mearum uirium imbecillitatem nos-  
sem, suscepi certamen non cum toto cor-  
pore, sed contra unum tantum eius ca-  
put, in quo summum robur huius bestiae  
& meretricis insidentis bestiae esse pu-  
tatur, quam Reges & Principes, qui  
*ἐκ τοῦ οἴου της τροφείας αὐτῆς μιθύδωσαν*,  
ut summum Deum suum colunt et uene-  
rantur, quem Daniel Deum Mauisim,  
Papistæ uero, huius cultores & defenso-  
res, MISSAM uocant, ac dedi operam,  
ut fucos & colores factitios & adulteri-  
nos, quibus ex sacris & sanctorū Patrum  
scriptis hanc suam meretricem Babylonis-  
cam pingunt & ornant, abstergerem, &  
foedam ac horribilem eius turpitudinem  
retegerem, & uerum usum sacrosanctæ  
Cœnæ Dominicæ ostenderem.

Hanc refutationem cum Typo-  
graphus iam recuderet, Illustris & Ge-  
nerose Domine Comes, ideo sub au-  
spicio

spicio & nomine Vestræ Celsitū : uolui  
prodire in publicum, cum florentissi-  
mū Regnum Poloniæ, captiuitate illa  
Babylonica & Aegyptiacis tenebris  
ad huc magna ex parte sit oppressum,  
ut eius regni Principes & proceres, ve-  
stræ Cel : nomine & exemplo moti &  
in uitati, quoq; lucem ueritatis inquire-  
re, cognoscere, amplecti & fouere in-  
cipiant. Non enim ad uoluptrates, & ut  
Idolis seruant seruantur Regna, sed, ut  
Propheta inquit: Ideo colliguntur po-  
puli & Reges in unum, ut annuncient  
in Sion nomen DOMINI, & laudem  
eius in Ierusalem, ut seruant DOMI-  
NO, ut tollant Idola, & puram doctri-  
nam ac ueros cultus, ueram inuocatio-  
nem, uerum usum Sacramentorum re-  
stituant, & hos propagare & ad poste-  
ritatem conseruare studeant.

Hæ sunt Principales causæ, pro-  
pter quas Regna in orbe terrarum ser-  
uantur, ut in ijs agnoscatur, inuocetur  
& celebretur uerus Deus, qui est Pater

B 3 domini

**D**omini nostri Iesu Christi, & haec debet  
prima esse cura Regum, Principum &  
populorum.

**E**t quid eo regno in orbe terrarum  
pulchrius esse potest, quam in quo Prin-  
cipes populorum congregantur cum po-  
pulo Dei Abraham, & in quo Deus a  
scutis & protectoribus terrae uehementer  
eleuatur, & celebratur? Tale Regnum  
uerè sedes & Templum Dei est, cui be-  
nedicit Deus & quod seruat, ut Davidis  
& Ezechiae regnum inter medios hostes  
seruabatur.

**S**ed Proh dolor, hoc tempore ma-  
ior pars regnorum orbis terrarum, Id-  
iortum lustra, Mahometici furoris & Di-  
abolorum speluncæ & stabula sunt.

**I**nde fit falsis uitient tua dogmata sectis

**E**t lacerent ueræ relligionis opus.

**Q**uos Deus è medio digneris tollere Victor

**F**loreat ut REGNI gloria uera TVL.

VVitem

VVitemberga Calendis Ianuarij,  
Die natali Incliti Regis Poloniae Sigis-  
mundi, Anno à Christo nato 1550.  
qui est annus à condito  
mundo.

5517.

V. C.

Addictis:

Georgius Maior

Doctor.

B. CAPITA

# CAPITA HVIUS

## Tractatus.

- 1 De uocabulo Missæ.
- 2 Quid sit λατρευτια seu Missa.
- 3 Simplex & historica narratio de origine Missæ, & subinde ad eam adiectis ceremonijs, & accumulatis superstitutionibus & abusibus.
- 4 De Collectis, De lectione Epistolarum & Euangeliorum, De Grasduali, De Haleluia, De Offertorio, De Precatione &c.
- 5 De canone & origine Missarum priutarum, & aliarum superstitionum.
- 6 T De uisus quae in Cānone sunt.
- 7 De Canone Minore.
- 8 De Canone Maiore & refutatione utriusq; Canonis.
- 9 De invocatione Sanctorum.
- 10 De commemoratione Sanctorum Patrum & Martyrum, ad cōnam Domini in primitua Ecclesia.  
De cultu

- 11 De cultu Sanctorum, qui & quæ  
lis fuerit in primitiva Ecclesia, &  
qualis hoc tempore sit.
- 12 Cur inuocatio mortuorum San-  
ctorum sit impia & damnanda, ra-  
tiones octo ostendunt.
- 13 De origine inuocationis Sanctos-  
rum.
- 14 An omnia ad salutem necessaria  
sunt tradita Ecclesijs ab Apostolis?
- 15 Confutatio locorum scripturæ &  
sententiarum sanctorum Patrum,  
quæ pro stabilienda Sanctorum  
inuocatione citantur.
- 16 De meritis Sanctorum, & de arti-  
culo Iustificationis.
- 17 Confutatio aliorum locorum de  
inuocatione Sanctorum.
- 18 An necesse sit orare & offerre pro  
Mortuis, & an sit Purgatorium?
- 19 Confutatio locorum, quibus Pur-  
gatorium asserere conantur Do-  
ctores Pontificij.

B 5 Confus.

**20** **Confutatio argumentorum, qua pro assertione Missæ allegantur.**

**21** **De vocabulo Sacrificij & Oblatione.**

**22** **Neminem posse offerre Christum Deo Patri, aut facere Sacrificium pro tollendis peccatis, præter ipsum filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, rationes octo ostenduntur ordine.**

**23** **De Applicatione.**

**24** **De Missa priuata, & cur sit abolenda.**

**25** **Quid prius sequendum sit, in tantâ uarietate, contentionum de Missa.**

**De Missa,**

DE VOCABULO MISSÆ.

# DE MISSA.

Et utrum sit Sacrificium?

**Q**VIA hoc tempore magna de Missæ sacrificio controuersia est, prodest, & in primis necesse est, Ecclesiam doceri, quid sit Missa, & an sit, aut quale sit sacrificium, & quam multiplex & horribilis sit Missarum abusus et profanatio.

## DE VOCABULO Missæ.

**P**RINCIPIO autem uidendum est, unde vocabulū Missæ originem trahat. Sunt qui contendunt esse nomen hebreum, fortassis à בְּנֵי יִשְׂרָאֵל de quo Danielis 13. extat uaticinium, quod persecutores veræ doctrine & idolatræ, colent Deum Mauisim, id est, præsidiorum & munimentorum, ut sit significatum per Prophetam, robur, firmamentum, basin, summum.

## DE VOCABULO,

Summum præsidium, & munimentum & arcem re-  
gni Antichristi, fore Missas, nec nomen  
procul abest à nomine Missæ, quod affine est nomini  
**תְּעִירִים** בֵּין, quod cibum, escam seu alimoniam significat.  
Hoc enim cibo Missæ, tot centena millia sacrifici-  
orum & Monachorum, paßim in toto orbe terrariorum  
pascuntur, κομὴ κακὰ δρπία, γαστέρες αργαὶ d-  
luntur. Alij uolunt deducere à **מִסְחָה** quod uolunta-  
tiam oblationem significat Deuter. 36.

Sunt item qui uocem græcum esse adfirmant,  
cum tamen nullam etymologiam certam ex probatis  
auctoribus eius uocis ostendere possint.

Alij dicunt esse uocem Latinam, & Missas  
ideo dictas eò quod adhuc sacrificium seu conuiiu-  
um publicum, seu coenam communem, ditiones epu-  
liae mittebant, quibus pauperes reficerentur, que  
græcis προσφοραὶ, Latinis oblationes uocabantur,  
unde & apud Germanos usurpatio uocabuli  
**Oblaten**, & uetus ille mos in Ecclesijs cathedrali-  
bus remansit, ut in die coenæ Domini, circumferantur  
tales non fermentati tritici albi panes, cum cis-  
phis seu calicibus uini, qui donantur & propin-  
antur spectatoribus eius ceremonie, que lotionem per-  
dum Christi representat.

Adparet

## MISSAE.

Adparet autem ex ipso Paulo 1. Corin. 11.  
Eo tempore ita ad communem coenam, allatis cibis  
& potu à ditionibus, pios celebraturos coenam Do-  
mini conuenisse, sicut inquit, Igitur cum conuenitis  
in eundem locum, non licet dominicam coenam ede-  
re, quod unusquisq; propriam coenam occupat in  
edendo, & hic quidem esurit, ille uero ebrius est.  
Num sane domos non habetis ad edendum & biben-  
dum?

Item ibidem, Cum conuenitis ad comedendū,  
dum, alius alium expectate, quod si quis esurit, domi-  
sat, ne ad condemnationem conueniat.

Et de cœnis Christianorum in Apologetico  
Cap. 39. Ita rescribit Tertullianus:

Tertullianus

Cœna nostra de nomine rationem suam ostene-  
dit, uocatur ἀγάπη, id quod Dilectio penes grecos  
est, quantis cunq; sumptibus constet, Lucrum est, pie-  
tatis nomine facere sumptum, Siquidem inopes  
quosq; refrigerio isto iuuamus &c.

Item ibidem, Cœna nostra nihil uilitatis, nihil  
immodestiae admittit. Non prius discumbitur quam  
Oratio ad Deum prægustetur. Editur quantum esu-  
rientes

## DE VOCABULO

rientes capiunt. Bibitur quantum pudicis est utile. Ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse. Ita fabulantur, ut qui sciunt Dominum audire. Postquam manualem & lumina, ut quisq; de scripturis sanctis, uel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere. Hinc probatur quomodo biberit, Acque oratio consuuum dirimit &c.

Hanc prolixam coene Christianorum descriptionem, ideo libuit addere, quod pios, & precipue iuuentutem de multis rebus utilibus admonere potest.

Pontius Refert & Pontius Paulinus in libello de Gas  
Paulinus. Zophylatio, mensam in Ecclesia ponit solitam, qua  
MENSA DOMINI vocata sit, in quam locupletio-  
res pro reficiendis pauperibus, cibos & potum pone-  
bant, quem morem adhuc seruari prodeisset.

Sed ab his oblationibus se; cibis missis, Missam  
appellatam, sermonis Latini proprietas, non bene,  
patitur, qui in ferculis Missus genere Masculino ade-  
pellare solent,

Petrus  
Lombardus

Petrus Lombardus lib. 4. Dist. 2. q. inquit,  
Missam

## MISSÆ.

Missam dici, uel quia Missa est hostia, cuius commemorationis fit in illo officio, unde dicitur, Ite Missa est, id est, Sequimini hostiam, quæ Missa est, ad cœlestia tendentes post eam, uel quia Missus cœlestis uenit ad consecrandum dominicum corpus, per quem ad altare celeste defertur hostia, unde & dicitur, Missa est.

Autor rationalis diuinorum, adffirmat Missam  
Inde adpellari quod Sacerdos in fine ait, Ite missa est,  
quasi dicat, ite ad propria, Missa est consummata,  
seu quia Missa uel oblata est DEO hostia salutaris  
pro genere humano. Neq; enim ex decreto Aureo  
liensis Concilij licet populo ex his sacris nisi consummatis  
discedere, facta per Episcopum aut Sacerdotem missione, ut habetur de consecratione Dicit. I.c.  
Cum ad celebrandas.

Rationale  
Diuinorum

Sed antiquior & uerior ratio est, Missam ab eo  
Ritu adpellatam, qui ex græca Ecclesia, in Latinam translatus est, uidelicet, cum preces, cantiones & lectiones, que sacram euentum præcedebant, essent finitæ, ut rite ante consecrationis mysterium, Diaconus alta noce clamaret, si quis Catechus  
denuo remanserit, exesse

Ritu Græ  
ca Eccles  
is

Brentano

## DE VOCABULO.

Erant enim quatuor ordines, Primus Catholicon, Quatuor chumenorum, Secundus Energumenorum, Tertius ordines in Desertorum, & postremus Pœnitentium, quibus Primitiva quidem in Ecclesia sacris precibus, cantionibus & Ecclesia concionibus adesse licebat, sed antea quam Sacerdos consecrationis mysterium ordiretur, hac Diaconi uoce foras mittebantur.

Ab hac missione seu dimissione Catechumenorum, & ceterorum, que consecrationis mysterium precedebant, uulgaris huic sacro missæ nomen indidit, sicuti & Isidorus, in suo Lexico testatur. Sic remissam ueteres pro remissione dixerunt, ut Cyprianus Epist. 14: Qui blasphemauerit in spiritum sanctum, non habet remissam, sed reus est aeterni peccati.

Ita & in Missa greca, cuius autorem Chrysostomum esse uolunt, ante cantionem symboli Apostolici, Credo in unum Deum, Diaconus clamat, τὰς θύρας, τὰς θύρας ἐν σοφίᾳ πρόσχωμα, Ianuas, ianuas sapienter obseruemus, ne scilicet quis adsit sacris, qui inde missi & electi sunt, & quibus interesse non lucet. Ita & Romani, Mittere senatum, pro dimittere dicunt.

Hoc uero tempore quod olim in initio dicebat

## MISSÆ.

**H**ic, Itē missa est, in fine sacrificij dicitur, cum populus per acto sacro dimittitur.

**P**ropriè igitur Missa apud ueteres erat, quando ante ipsa mysteria inchoata, Catechumeni dismutabantur, neq; enim nondum baptisati, ad coenam Domini admittebantur. Postea vox usurpata est pro ipso sacrificio, seu populi communione & saepè pro quolibet sacro conuentu. Quando greci εκκλησίας ιερού, σωμάτιον, σωμάτιον επιτελέρ dicunt; id saepè Latini uerterunt, Celebrare Missas. Id est, habere publicos conuentus populi.

Græci Missam iam ἱερογέγρια προδιδοῦσι  
γραπτον vocarunt.

Λετουργία uero ministerium in genere significat, & est uocabulum usitatis simum et notissimum ueteri Græcie, que λετουργίας uocabat etiam operas & munia, que ciues reipublice conferebant, ut λετουργία erat instituere classem. Et in græca Moysi lectione dicitur λετουργία, Leuitarum, gesta & ligna & pelles tabernaculi, Num. 3. Ηγεμόνοι λετουργήσουσιν αὐτῷ.

Et factum est uocabulum à curatione publicorum bonorum. Nam ληίω significat prædor, ληία præda, ληίτορ prædando partum.

## DE VOCABULO

Inde λέπτος ἡ λέπτα publica bona, καὶ λεπτογένεω, id est, administro publica bona.

Et Isocrates dicit Magistratum functiones sint λεπτουργίαι non ἐργασίαι, id est, sunt opere quae præstentur in publicum, non in priuatum usum.

Et in secunda ad Corinth. Cap. 9. nominat Paulus λεπτουργίας collationem pecuniae, quaæ fieri bat pro Ecclesiis eagentibus.

Item Rom. 15. εἰς τὸ ἔιναι με λεπτουργόρικος οἶσθε, εἰς τὰ ἔθνη λεπτουργῶντας ἐναγγέλλοις τὸ θεῖον εὐαγγέλιον.

Et sæpe repetitum est vocabulum in veteri et novo Testamento, nec est à λεπτῃ, quod est precatio, ut multi fingunt Missam apud græcos dici λεπτουργίας, quia sit precatio pro alijs.

Magis conuenit altera et uerior interpretatio, quæ est à λεπτῳ. Hæc de proprietate vocabuli sufficiant. Magis autem prodesset retineri nomen cœnæ Domini, quod ab ipsis Apostolis huic Sacramento inditum est, ut 1. Cor. 11. Aut uocari Testamentum seu Mensam, aut memoriam Domini, Græci uocarunt συμάξιη communionem à publica conuentu, et εὐχαριστίας, κοινωνίας, θεῖαρ λεπτουργίας, δυσίας ἀνοίμακτος,

Item φείκτα μυστή-

ριαν εtc.

Quid

MISSÆ.  
Q V I D S I T  
ΑΞΙΟΤΡΙΑ, S E V ( V T  
Latini uocant)  
MISSA.

MISSA est ministerium, in quo minister bonum publicum, id est, sacramentum alijs administrat ac dispensat. Quia totum hoc ministerium distribuendi corporis & sanguinis Domini, & docendi Euangelij, seruit Ecclesiae, nec institutum est ut sit priuatum opus unius personæ, exclusa reliqua Ecclesia. Recte igitur conuenit nomen λειτουργίας, id est, publici boni administratio.

Sic Paulus loco iam citato Rom. 15. inquit, se esse λειτουργός, id est, publicum ministram Iesum Christi, qui sacrificans Euangeliū Dei, ad gentes circumferat, hoc est, qui thesauros & opes Ecclesiae, Christi beneficia, publico nomine dispenset, & in gentes distribuat, sicuti & Ie. Corinth: 4. ait: 'Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.'

Talem distributionem corporis & sanguinis Christi esse Missam, testatur ipsa Christi institutio, Cœnantibus eis accepit Iesus panem & benedixit ac  
E 20 fregit Mat: 26.

**QVID SIT MISSA.**

**Tertullianus** aduersus Marcionem inquit: Christus acceptum  
panem & distributum discipulis, corpus suum illum  
effecit.

Sic Paulus 1. Corinth. 10: Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? Frangere enim Hebreis distribuere significat, ut Esa: 58. Frange esurienti panem tuum &c. Et Actos 12. Frangentes circa domos panem.

Missa igitur propriè dicendo, nihil aliud est,  
quam distributio & participatio corporis & san-  
guinis Domini iuxta institutionem Christi, cum qua  
coniugi debent, precatio[n]es, gratiarum actiones &  
commemoratio beneficiorum Christi, iuxta p[re]e-  
ceptum Christi, Hoc facite in mei comme-  
morationem. Item, Mortem Do-  
mini annuntiabitis donec  
veniat, &c.

**Simplex** *et*

DE ORIGINE MISSÆ.  
SIMPLEX AC VERA  
historica narratio, de origine  
Missæ, & subinde ad eam adie-  
ctis ceremonijs & accumu-  
latis superstitionibus  
& abusibus.

ASSERTORES Missæ contendunt ipsum Christum esse eius autorem, & in uerbis institutionis Christi, duo contineri, primum, ut corpus & sanguis eius distribuantur communicantibus, deinde ut Apostoli & ab ijs inde Sacerdotes omnes, sacrificium recordatum DEO faciant, quo, sacrificij, in cruce oblati, memoriam celebremus, & eius fructum fide & deuotione ( ut hoc tempore, loquuntur ) nobis applicemus, & hoc postremum contendunt præcipi & mandari nobis his uerbis, Hoc facite in mei commemorationem, Verbum enim (Hoc facite) non tantum ad sumptionem, sed etiam ad oblationem esse referendum.

Deinde Apostolos hanc institutionem Missæ acceptam à Domino, tradidisse Ecclesijs, ideo dicere Paulum, Ego accepi à Domino, quod & tradidi uobis.

Christi in  
stitutione,  
nem.

Traditio  
nem Apo-  
stolicam,

## DE ORIGINE

3.  
Missam  
ab Aposto-  
lis auctam

Adfirmant & ab Apostolis Missam auctam, &  
ad uerba consecrationis à Christo tradita, addidisse  
Apostolos orationem dominicam, & ipsum Petrum  
primum hoc modo Missam celebrasse, Et ex 6. Sy-  
nodo Distinet. I. c. Iacobus, de consecratione scri-  
ptum habetur, Iacobus frater Domini secundum  
carnem, cui primum credita est Hierosolymitana  
Ecclesia, & Basilius Episcopus, cuius claritas per  
totum orbem resulsa, in scripturis addiderunt nos  
bis Missae celebrationem.

4. Citant & testimonia eorum qui Apostolorum  
Observatio discipuli fuerunt, quibus Missam stabilire volunt, ut  
ta Missa à illud Ignatij dictum ex Epistola ad Smyrnenses, ubi  
discipulis ait, Propterea non licet sine Episcopo neq; sacrificio  
Apostolo um imolare, neq; Missas celebrare.  
rum.

5.  
Sententiae  
Patrum et  
consensus  
totius Eco-  
clesiae om-  
nium tem-  
porum.

Huc & detorquent Irenei sententiam lib. 4.  
Cap. 32. Eum qui ex creatura panis est, accepit &  
gratias egit dicens, Hoc est meum corpus, Et calicem  
similiter, qui est ex ea creatura, quæ est secundum  
nos, suum sanguinem confessus est, & noui Testa-  
menti, nouam docuit oblationem, Q V A M E C  
CLESIA AB APOSTOLIS ACCIPIENS, in  
uniuerso mundo offert Deo.

Huc concuerantur & aliorum multorum Pa-  
tronum

MISSAE.

trum dicta, quorum aliqua recensebo, nam omnia  
enumerare nimis prolixum fuerit.

Chrysostomus, Nonne per singulos dies offerimus? Chrysostomus  
offerimus quidem, sed recordationem facientes mortis eius, Et una est haec hostia, non multæ.  
Quonodo una est, & non multæ? Et quia semel oblatæ est illa, oblatæ est in sancta sanctorum. Hoc autem sacrificium exemplum est illius, id ipsum semper offerimus, nec nunc quidem alium agnum, Crastina alium, sed semper id ipsum &c.

Athanasius, In eternum Christi est sacerdos Athanasius,  
tuum, quia quotidie offertur per ministros Dei oblatio, Christum & pontificem habens & sacrificium.

Cyprianus libro Epistolarum 2. Epist. 3. Qui Cyprianus  
ordo utiq; hic est, de sacrificio illo ueniens & inde natus  
descendens, quod Melchisedech sacerdos Dei summi  
fuit, quod panem & uinum obtulit, quod Abraham  
benedixit. Nam quis magis sacerdos Dei summi,  
quam Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium  
Deo patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchi-  
sedech obtulerat, id est, Panem & Vinum, suum  
scilicet corpus & sanguinem &c.

Et idem Cyprianus, Admonitos nos scias, ut  
C & in calice

## DE ORIGINE

in calice offerendo, dominica traditio seruetur, nec aliud fiat a nobis, quam quod pro nobis Dominus prior fecit, ut Calix, qui in commemorationem eius offertur, mixtus uino offeratur.

Theophili  
Lactantii

Item Theophili: in Epist: ad Heb: 5. In perpetuum offertur per Dei ministros oblatio Christum Dominum & Pontificem habens & sacrificium, qui seipsum nostri ob gratiam sanctificat, frangit & tribuit, Quotiescumque enim id fieri, mors Domini annunciatur.

Tales Patrum sententias multas accumulante, ut doctrinam de Missa sacrificio stabiliant.

6.  
Testimoniia ex scripturis,

Addunt & testimonia ex scripturis, quale est exemplum Melchisedechi, de quo iam Cypriani citata est sententia.

7.  
Argumentum sump tum a Leuitico sa cerdotio.

Volunt etiam in novo Testamento morem offerendi pro peccatis populi & ignorantiae, pro delictis & pro mundatione, qui in veteris Testamenti sacerdotio receptus fuit, retinendum esse.

Citatur & Malachiae sententia Cap. 1. Non est mihi uoluntas in uobis, nec munus accipiam de manu ueca

## MISSAE.

Manu uestra, A Solis enim ortu usq; ad occasum,  
magnum est nomen meum in gentibus, & in omni lo-  
co sacrificatur & offertur nomini meo oblatio mun-  
da, & hoc accommodant Irenæi interpretationem  
libro 4. Cap. 32. cuius supra facta est mentio.

Huc & detorquetur illud Danielis 12. Eli-  
gentur & dealbabuntur, & quasi ignis probabun-  
tur multi & impie agent impij, neq; intelligent om-  
nes impij, porro docti intelligent. Et à tempore  
cum ablatum fuerit iuge sacrificium & posita fues-  
rit abominatio in desolationem, dies mille ducenti  
nonaginta.

Dicunt hic uaticinari Prophetam de Anti-  
christo, & eos qui abrogent Missas, que sint illud  
iuge Sacrificium, esse precursores Antichristi, Si-  
c ut enim in ueteri Testamento iuge fuerit Sacri-  
ficium, quo quotidie imolabatur agnus, unus manu &  
alter uesteri, ut Num: 28. legitur, ita, & in nouo  
Testamento seu in Lege gratiae, iuge debere esse Sac-  
rificium, quod sit Missa, oblatio corporis & san-  
guinis Christi.

Deinde afferunt naturam omnium etatum  
homines monere & docere, ut Deo Sacrificant,

C S Ideo

## DE ORIGINE

Ideo ante Legem Patres sua habuisse sacrificia. Dic  
ta uero à Deo Lege, simul certa sacrificia mandata,  
quæ oblationem Christi significauerint. Christum  
autem cum non uenerit soluere, sed adimplere Le-  
gem, in nouo Testamento Sacrificium Missæ institui-  
sse &c.

Hec serè est summa fundamentorum super quæ  
Missa extructa est.

QVOMODO ET PER  
quos Missa subinde, adiectis Ce-  
remonijs & accumalatis su-  
perstitionibus & ab  
usibus sit au-  
cta?

Prius

## MISSAE.

**P**RIVS uero quam confutationem, & superiores  
rum locorum explicationem subiicitur, per-  
gemus in narratione historica de Missæ origine, &  
subinde additis ad eam ceremonijs, superstitionibus  
& abusibus.

Satis autem adparet ex historia Cœna Domini,  
in qua Pascha cum duodecim discipulis suis man-  
ducauit Christus, et suam sacrosanctam cœnam cor-  
poris & sanguinis sui instituit, que istic fuerint Ce-  
remoniæ, qui ritus, qui ordo, que ornamenta.

Accumbit Christus in publico diuersorio in coenaculo iuxta præceptum Legis, cœnam agni Pascha-  
lis celebrans, et ipse uerus agnus paschalis, iam imo-  
landus æterno Patri, pro reconciliatione mundi, ues-  
terem Paschæ cœnam abrogaturus, nouam sui corpo-  
ris & sanguinis cœnam perpetuam usq; ad aduentum  
suum instituit, & cum ipse sit summus & æternus  
Sacerdos, ingressurus iam in sancta sanctorum, non  
per taurorum aut uitulorum, sed per suum ipsius  
sanguinem, non instituit per hanc cœnam, sacrificium  
quo expientur peccata, & per quod reconcilie-  
tur Deus, & detur salus & æterna uita, quod sacri-  
ficium ipse per suum ipsius corpus et sanguinem Deo  
Patri iam mox erat oblaturus, sed cœnam corporis  
& sana-

## DE ORIGINE

**E**sanguinis sui, ut edentes & bibentes meminerint corpus suum pro ipsis redimendis traditum, & sanguinem suum in remissionem peccatorum susum.

Horum beneficiorum suorum memoriam uult in Ecclesia perpetuo extare & celebrari, donec iterum redeat, & hanc memoriam tum potissimum celebrari uult, cum haec coena peragitur, cum edimus ipsius sacrosanctum corpus, & cum bibimus ipsius sacrosanctum sanguinem.

**In usu in-**  
**stituit com-**  
**memora &**  
**tionem su-**  
**orum beuc-**  
**ficiorum,**  
**& quidem**  
**in publico**  
**conuentu.**

Non instituit hic duas res diuersas, ut hoc tempore contendunt aduersarij, ueluti coenam seu sumptionem Sacramenti, Deinde peculiarem ceremoniam commemorationis, ex qua commemoratione noui architecti Missam exiruere conantur, ut Missa sit preter usum coenæ Domini, peculiaris cultus à Christo mandatus, seu sacrificium recordatum, seu commemoratum, ut ipsi appellant, quod in Ecclesia, uel ab uno uel à pluribus tanquam iuge sacrificium Deo prestari debet.

Non ita hec humana autoritate sunt separandas, et habet hic, et hoc locum, quod Deus coniunxit, homo ne separat, Sed ut ex uerbis institutionis Testatoris Christi, presertim in Euangelio Luce satis liquido

## MISSAE.

Satis liquido adparet, uult commemorationem passio-  
nis & mortis sue & omnium suorum beneficio-  
rum semper in hac coena, cum usu sacramenti esse  
conuentam, non separatam, & eam coenam &  
commemorationem (nisi necessitas postulet) non pri-  
uatim ab uno, sed in publico conuentu Ecclesiæ ce-  
lebrari, unde & graci œuvræ ip coenam Domini  
uocarunt.

Paulus quoq; testatur in publico conuentu se  
instituisse, ut coena Domini agatur. Sic enim ait:  
Cum conuenitis in eundem locum, non licet domini-  
cam coenam edere, quod unusquisq; propriam coe-  
nam occupat in edendo.

Quæ igitur de sacrificio commemoratiuo seu  
de Missa priuata singuntur, esse mandatum Christi,  
ut tale sacrificium commemoratiuum sine alijs com-  
municantibus, etiam per unum celebretur, singun-  
tur contra apertam institutionem Christi, & contra  
morem coenæ Domini ab Apostolis Ecclesijs tradi-  
tum, qui mos ut missa seu potius coena Domini non  
haberetur nisi in conuentu publico, & simul alijs  
communicantibus, durauit ultra sexcentos annos.

**Q**VI autem in coena Domini ritus, quæ cere-  
monie, quæ loca, qui ornatus tempore Apo- Ritu et  
ceremo-  
nis in cas-  
tolorum na.

## DE ORIGINE

Domini stolorum fuerint, testatur historia Euangelij, et lo-  
tempore cus Pauli 1. Corinth. 13.  
Apostolo-  
rum.

Non hic est Ecclesia, non aræ aliqua extructæ  
& consecrata, non sunt uasa, uestes consecratae, non  
superhumerales, non alba, non zona seu cingulum,  
non stola, manipulus, casula, non altaris neq; cetera  
rarum rerum ornamenta aliqua, Sed Christus ac-  
cumbens cum discipulis in diuersorio publico, & in  
cœnaculo, eo habitu quo semper uestitus ante fue-  
rat, cœnam suam instituit.

Hunc morem à Domino acceptum & Apo-  
stoli obseruarunt, & Ecclesijs tradiderunt, ut te-  
statur Paulus 1. Corinth. 13. & 14.

Conueniebat multitudo conuersa ad Christum,  
in certum locum, quo, qui ditiones erant, curabant  
adserri cibum & potum, quo & ipsi & alijs, uide-  
sto: in Ho licet, pauperes reficiebantur, & habebatur cœna  
me: super publica, in illo conuentu orationes pro communis  
Cap. 13. bus necessitatibus, & gratiarum actiones, & inter-  
Primæ ad pretationes scripturarum habebantur, canebantur  
Corinth: etiam Psalmi.

In hoc conuentu & conuiuio publico, postea  
habebantur

MISSAE.

habetur ecclesia Domini, Deligebantur aliqui ex hoc cætu, qui ministerium porrigidendi & inter ceteros distribuendi corporis & sanguinis Domini subiebant, quorum pietas erat spectata, & quos adparrebat singularibus donis Spiritus sancti ueluti dono interpretationis, linguarum, aut curationis & alijs uirtutibus præ reliquis esse preditos.

Non erant hi habitu aut ordine distincti à reliquo populo. Hos non commendabat tonsura, Chrisma, non uestes holoserice, consecratae & ex argento aut auro contextæ, aut intertextis gemmis, sed horum ornamenta erant spiritus sancti Chrismata, uera noticia Dei, insignis amor & timor Dei, Excellenta Sacerdotia doctrina, charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia, & ceteri fructus Spiritus. Ornamen  
ta Sacerdotia nouo Testamento.

His ornamentis lucebant coram Deo, coram sanctis Angelis & tota Ecclesiæ, ut luminaria magna, Quem ornatum spiritualem in Sacerdotio noui Testamenti, preciosæ uestes Pontificiae, oleum fragrans quo inungebantur Sacerdotes & cetera ornamenta, significarunt in ueteri Testamento.

Hoc uero

## DE ORIGINE

Ornamen  
ta Leuiti  
ei Sacer  
dotij.

**H**OC uero tempore ex nanoʒia et supersitione quadam, Romane puppe, Leuitici sacerdotij ornamenta externa, propter questum et ambitionem, ut aliquod discrimen inter Laicos et Sacerdotes foret in Ecclesiam reuocarunt, ut clara Distinctione 1. Cap. 1. Praecipitur, cuius decreti hec uerba sunt.

**P**apatus reuocat Iudaismum,  
**I**

**I**

## MISSAE.

Hierosolymis adorabitis Patrem. Veri enim adoratores adorabunt Patrem in Spiritu et ueritate.

**V**ideas igitur hoc tempore Ecclesias & aras Ecclesias consecratae imaginibus, picturis, statuis, uero in Papatis stibus, auro & argento ornatae, stant ad aram Sacerdotes, Missas & sacrificia, imo abominationes faciunt, rati, uncti, exornati holosericis & acupis ictis uestibus, fulgentibus auro, gemmis & lapidibus preciosis, calices, patene et reliqua uasa tota, ex argento & auro facta sunt.

Sacerdotes, quod ad externum ornatum attinet, sacerdos totus aureus & gemmeus est, intus uero in mentes Papistae & corde, nulla uera Dei agnitus, nullus timor Dei, ciet Missas nullus amor Dei, nulla doctrina de Deo (tantum sarij, enim ad Missas fere unguntur) & ut animus est sine Deo, plenus idolatria, superstitione & uarijs fordinibus, ita & corpus fere est contaminatum libidinibus, scortationibus, stupris, adulterijs, immundicia, lasciuia, ebrietatibus, commessationibus & his similibus, talia enim portenta fere sunt Missatores Pontificij.

Ita per Pontificum Romanorum decreta & superstitiones, amissa rerum ueritate, ueris cultibus

D

& ornae

## DE ORIGINE

& ornatibus spiritualibus, fide, charitate, temperantia &c. Rursus in Ecclesiam inuestae sunt rerum umbre, externus Sacerdotum & templorum ornatius.

Incedunt Regio more purpurati Sacerdotes, sternuntur Ethnicorum ritu aurea pulcherrima in aris, Statue & idola uestiuntur holoserico, et templo fulgent regio ornatu, interim magna pauperum multitudo, qui Christi membra, ipsius sanguine redempta sunt negliguntur, algent, esuriunt, quos prestatabat uestiri quam statuas & idola.

Tale in pompa & ornatum non uides fuisse neq; Christi neq; Apostolorum tempore, et multis annis post in Ecclesia, ut uere et uenuste a Bonifacij Archiepiscopo & Martire, interroganti licet de sacrificio ret ne Sacramenta in lignis uasis confidere, resulit. Non sum sit, quondam Sacerdotes aurei, lignis calicibus utebantur, nunc e contrario lignei Sacerdotti aureis utuntur calicibus.

Quae tamen sic intelligi uolo, me non prorsus  
damnare omnes ornatus, et precipue eiusmodi, qui  
sint mediocres, et qui ad evaginatio[n]em sunt instituti.  
Reprehendo enim in ijs luxurie, et superstitionem,  
SIME

## MISSÆ.

Sunt enim qui in his rebus uerum et necessarium cultum Dei possum putant, & se hoc cultu, multa bona mereri, & qui alios non utentes his ornatibus seu ceremonijs, tanquam Hæreticos damnant.

Deinde etiam addunt tales superstitiones, ut dicant eos, qui non consecrati, calices uel uestes aut uasa consecrata attingant, mortaliter peccare, ut habetur distinct: i. c. Vestimenta et c. In sancta, De consecratione ubi quoq; in c. ut Calix, statutum est, ut nullus (Hec enim sunt decreti uerba) in ligneo Cantare aut uitreo calice presumat Missam cantare, & ne Missam in fiat consecratio Sacramenti, nisi in linteo panno ligno Ca consecrato ab Episcopo. lice.

**P**rodest igitur iuuentutem moneri, tales ritus et ceremonias à Christo non esse mandatas, neq; ab Apostolis traditas, ne res necessarias, ne cultum peculiarem Dei esse putent, aut meritum ex iis faciant, sed sciant liberum esse illis uel uti, sed sine superstitione, uel non uti, sed sine scandalo, & eas non esse, ut dici solet ἐγγρα ταρπεργα.


Et quidem in coena Domini ita creuit abusus & supersticio, ut plus sit ταρπεργα quam ἐγγρα, immo ipsi aduersarios in priuata Missa, Coena Domini et

## DE ORIGINE MISSÆ.

Quæcunq[ue] prorsus est abolita, per unum sacerdotem,  
solum spectaculum coenæ representatur, quæ repre-  
sentatio putatur esse sacrificium pro uiuis &  
mortuis. Sed unde digressi sumus, ad pertexen-  
dam historiam de origine Missæ redeamus.

Cœna igitur, in qua, ut in publico conuentu-  
sumebatur corpus & sanguis Christi, ad annuncia-  
ndam ipsius mortem & restauratam salutem,  
Christo instituta, & per Apostolos sine ulla  
Ceremonijs & peculiaribus ritibus,  
Ecclesijs est tradita, ut supra  
ostensum est.

QVO MODO



QVOMODO ET QVI  
EV S {TEMPORIBVS MISSA  
SIT AVCTA.

**S**Equentibus uero temporibus multæ ceremoniæ  
& ritus subinde sunt additi.

Dionysius in libro de Ecclesiastica Hierarchia Dionysius  
scribit, hos ritus suo tempore in sacra communione  
obseruatos.

Itaq; (ait) Pontifex quidem, ubi orationem  
sanctam supra diuinum altare peregit, ex ipso in-  
censu adolere inchoans, omnem Phani ambitum cir-  
cumit. Denum ad sanctum altare iterum rediens,  
Psalmorum incipit melos, concimentibus secum sa-  
cra carmina omnibus Ecclesiastici ordinis gradibus.  
Deinde ministrorum officio, sanctarum scripturas Lectores  
rum lectio suo ordine recitatur.

Post hæc extra delubrum Catechumeni sunt Missa-  
E cum ipsis Energumeni, & ij quoq; qui in poenitentia  
sunt, Manent autem intus soli, qui diuina spe  
etare merentur atq; percipere.

Porro ministrorum alij quidem pro clausis tem-  
plici soribus astant, alij proprij aliquod muneris a  
Sacerdos gunt ium.

**Hostiarii.**

**Subdiacō-**

**nī. Diaconī.**

**ni.**

## QVOMODO MISSA

gunt. Qui uero ipsius ordinis precipui sunt, una cum Sacerdotibus sanctum panem & benedictionis calicem, sacrosanctis altaribus imponunt, cum ante præcesserit ab omni clero uniuersalis laus atq; confessio.

**Memoria**

**sanc-**

**rum Ma-**

**rym.**

Sed illud quoq; sacratius intuere, quod impo-  
fitis sancto altari uenerabilibus signis, per que Christi  
stus signatur ac sumitur, adest protimus atq; incun-  
ctanter Sanctorum descriptio &c.

**Consecra-**

**tio. Eleua-**

**tio. Com-**

**muniū Sa-**

**cerdotis et**

**populi.**

Ad hæc uenerandus Antistes orationem san-  
ctissimam peragens, pacem sanctam omnibus nunci-  
at, Et cum se mutuo omnes salutauerint mystica  
Sanctorum recitatio fit. Vbi uero manus, cum An-  
tistes, tum Sacerdotes lauerunt aqua. Pontifex ad  
medium diuini adficit altaris, circumstant autem so-  
li cum Sacerdotibus electi quiq; ex ministrorum nu-  
mero.

At uero Pontifex cum diuina munera laude  
prosecutus fuerit, sacro sancta & augustissima mys-  
teria conficit & que antea laudauerat, uenerandis  
operta atq; abdita signis, in conspectum agit, diui-  
naq; munera reverenter ostendens, ad sacram illo-  
rum communionem & ipse conuertitur, & reliquo  
ut communicent hortatur.

Sumptu

## SIT AVCTA

Sumpta demum atq; omnibus tradita committit. Omnes  
nione diuina, gratias referens, fuiem mysteriis im- communia-  
ponit &c. cant.

**E**x hac narratione Dionysij satis adparet, Mis-  
sam eo tempore nihil aliud quam communio-  
nem, neq; priuatas Missas ullas fuisse.

Hec autem ipsa narratio ostendit hunc auto-  
rem, non esse Dionysium illum Areopagitam, sed ali-  
um quendam multo iuniorem, neq; enim hi ritus  
Apostolorum tempore usitati fuerunt, cum quibus  
Dionysius Areopagita uixit. Et si qui buius libri ex-  
titissent haud dubie Eusebius in Ecclesiastica histo-  
ria eius scriptoris meminisset, cum tam diligens sit in  
alijs commemorandis, Neq; etiam Gelasius Distim. 1.  
15. Cap. Sancta Romana eius meminit.

Ceterum non ita multi ritus & ceremoniae cir-  
ca coenam Domini etiam Origenis tempore fuerunt,  
qui post Christum natum circa ducentesimum annum  
uixit. Referunt autem post decantatos Psalmos ali-  
quos, initium Misse seu misterij Sacerdotem ab iis  
verbis exordiri solitum, Dominus uobiscum, Dein  
de, Sursum corda, Mox, Gratias agamus Domino  
Deo nostro, Et iterum. Vere dignum & iustum est.

Tempora  
Origenis.

## QVO MODO MISSA

equum & salutare, nos tibi semper & ubiq; gratias agere &c. His uerbis subiecta esse consecrationis uerba: qui pridiē quam pateretur &c. Neq; enim tunc extabat C anon, qui Gregorij tempore primum Tempora post Origenem annos quadringentos à quodam Chrysostomo quem scolaisticum Gregorius adpellat, scriptus est. mi.

a Qui item ritus fuerit Chrysostomi tempore  
Hom: 18 adparet ex his eius uerbis.

2. Corin.

Cap. 8. In Est autem ubi Sacerdos nihil differt à Subdito, communis ut quando fruendum est reuerendis mysterijs. Similione seu liter enim omnes, ut illa percipiamus, digni habemur, Missa, Sa<sup>r</sup> Non sicut in veteri lege partem quidem Sacerdos cedos nisi cedebat, partem autem populus, & non licebat hil differt populo participem esse eorum, quorum participes à Laico, erat Sacerdos. Sed nunc non sic, uerum omnibus Hęc sunt unum corpus proponitur, & poculum unum.

contra

unam ff. Quim & in precibus uiderit quis populum multiem Sa<sup>r</sup> tum simul offerre, cum pro Energumenis, tum pro cramenti. poenitentibus. Communes enim preces & à Sacerdoti Preces of<sup>r</sup> dote & ab illis fiant, & omnes unam dicunt oratio scrūtur à ouem, Orationem plenam misericordia, populo &

Sacerdote. Iterum ubi exclusimus à Sacerdotalibus ambitibus

## SIT AVCTA

Hicibus eos, qui non possunt esse participes sancte Dimissio  
mensæ, alia facienda est oratio, & omnes similiter κατηχού-  
super terram iacemus, & omnes similiter surgimus, ουμένων.  
Quando iterum pax communicandis dicitur, om-  
nes similiter salutamus.

In ijsdem iterum reuerendis mysterijs bene pre- Missa nunc  
catur Sacerdos populo, Et bene precatur populus hinc aliud  
sacerdoti. Nam cum spiritu tuo, nihil aliud est quam fuit quam  
hoc: Ea quæ sunt Eucharistiae, communia sint omnes communia,  
Neq; enim ille solus gratias agit, sed etiam omnis populus. Hic nul-  
de congregatis illis, ut dignè & iuste hoc fiat, incipit Eucharistiam &c. lus est Cae-  
non.

**H**IC ritus circa mysterium cœnæ Domini fuit  
post Christum natum anno 400. Et adparet  
ex hoc Chrysostomi loco, ipsum non esse autorem  
Græcæ Missæ, quæ ipsius nomine circumfertur.

Obseruandum uero ex hoc Chrysostomi loco pri-  
mum hoc est, scelesti facere eos qui altera Sacra-  
menti parte Laicos spoliant, & discrimen inter La-  
icos & Sacerdotes esse uolunt. Deinde quod preces  
populi non filium Dei offerri dicit. Tertio ritus ue-  
teris Ecclesiæ de Catechumenis & paenitentibus &

## QVO MODO MISSA

communione arcendis. Postremo quod Missa eo tempore nihil aliud quam communio fuit et quod eo tempore nullae prorsus priuatae Missae fuerint.

Tempora  
Basilij.

Qui ritus circa coenam Domini seruati sunt tempore Basilij Magni, qui ante Chrysostomum uixit circa annum Domini 360. ostendit exemplar aetoupyias seu Missae, que ipsius nomine circumfertur.

Post recitatas preces quasdam et decentat<sup>as</sup> cantiones, Sacerdos exorsurus mysterium coenæ Domini, ad populum alta uoce ait, ἀνεῳδομένης, Sursum habeamus corda, cui respondet Chorus, ἐχωμεν πρόσεκτον, et cetera que ibi sequuntur uerba, etiam in nostra Ecclesia usitata. Gratias agamus Domino, Dignum et iustum est etc. Vbi rursus orationem breuem recitauit Sacerdos, incipit Chorus carmen uictoriale.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth  
etc. Postea priusquam a Sacerdote consecrationis uerba seu institutionis coene Dominicæ dicuntur, secreto hanc orationem pronunciat, que oratio illis temporeibus Canonis loco fait, quam ideo totam subiicit, ut adpareat quam longe a puritate ueteris Ecclesie, posterius

## SIT AVCTA

posterior etas in tractando mysterio cœne Domini  
ce recesserit, & quam longe dissimilis sit Canon  
Romanae Ecclesiæ, quo nunc utuntur, Canoni Ba-  
silij. Sic autem post decantatum uictoriale carmen ἐπινίκιον  
Sanctus, Sanctus &c. orat Sacerdos.

## CANON BASILII.

**M**EΓΔὲ τεῦτωρ τῷ μακαρίῳ μητρὶ μαρτυρῶ  
δέσμοτα φιλάνθρωπενή ἡμεῖς δι ἀμαρ-  
τωλοι Βοῶμην καὶ λέγομεν, ἄγιος ἐτῶς ἀλυθῶς  
καὶ πανάγιος, καὶ δικῆς δέται μέτρον τῇ μεγαλος  
πρεπεῖς τῆς ἀγιωσάνκε σου, καὶ δόσιος ἐν τῷ  
τοῖς ἔργοις σου, ὅτι ἐν δικαιοσύνῃ καὶ κρίσει αλη-  
θινῇ πάντα τὸ πίγαγες ἡμῖν.

Πλάσας γαρ τῷ ἀνθρώπῳ, χοῖω λαβὼν  
ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐικόνι τῇ σῇ ὁ θεός ὑμίσας, τέ-  
λειας διυτήρι τῷ παραδέισῳ τῆς τρυφῆς, ἀθα-  
νασίᾳ μὲν ἡώνις καὶ ἀπόλαυσιρ ἀιωνίωμ ἀγαθῶμ ἐν  
τῇ τιμησα τῷρ ἐντολῶμ σου ἐπαγγειλάμενος  
αὐτῷ, ἀλλὰ παρακόσαντα σὸ τὸν ἀληθινὸν διεοι-  
τὸ κτίσαντος αὐτόρι οἱ τῇ ἀπάτῃ τὸν ὄφεως ὑπ-  
παχθέντα, νεκρωθέντα τὲ τοῖς οἰκέοις αὐτὸν πα-  
ραπλάνασιρ, ἐξώρισας αὐτὸν ἐν τῇ δικαιοσύ-  
νῃ σου ὁ θεός ἐκ τὸν παραδείσου εἰς τὸν κόσμον  
τοῦτον

## QVOMODO MISSA

τόποι, καὶ ἀπέστρεψε τὸν γῆμ, ἐξ οὗ ἐλήφθη  
δικονομῶν ἀντῷ τῷ ἐκ παλιγγενεσίας σωτηρίᾳ  
τὴν ἐν αὐτῷ τῷ θρίσσῳ σου.

Οὐ γάρ ἀπειράφης τὸ πλάσμα σου εἰς  
τέλος, ὃ ἐπόιησας ἀγαθόν, οὐδὲ ἐπελάθου ἔργον  
χερῶν σου, ἀλλὰ ἐπεσκέψω πολληρόποτε μία  
πλάγχνα ἐλέοντα σου, προφήτας ἐξ ἀπέστρεψε  
λαζ, ἐποίησας δυνάμεις μία τῷ οὐρανῷ σου  
τῷρικοῦ ἐκάστην γῆνεάμ ἐναρεικούτῳ τῷρι σοί.  
ἐλάλησας ἡμῖν μία σόματό τῷρι μούλων σου  
τῷρι προφητῶν. προκαταγέλλων ἡμῖν τῷ  
μέλιουσαρ ἐσεβήσωται σωτηρίαιμ. νόμορ οὐδὲν  
βούλεαμ, ἀγέλους ἐπέσκοπας φυλακας.

Οὐτε δέ ἡλθε τὸ πλάνηραμα τῷρικαιρῶν, ἐλάλησας  
ἡμῖν δὲν αὐτῷ τῷρι ιψώ σου, μί δὲν τὸν  
διῶνας ἐπόιησας, ὃς ὥραπάνυασμα τῇ μόρει  
σου, οὐδὲ χαρακτήρας ὑποσάσεως σου, φέρων  
τέ τὰ πάντα τῷρι δύναμιν τῇ μυνάμεως αὐτῷ,  
οὐχ ἀρπαγμορ ἕγκατο τὸ ἐίναι ίσα σοι τῷ  
δεφικούτατῃ, ἀλλα δεούς ὥρη προσαιώνιος, ἐπὶ<sup>114</sup>  
τῇ γης ὠφέλη, καὶ τοις ἀνθρώποις σωσανεράφη,  
οὐδὲ ἐκ παρεδένου ἀγίας σαρκωθείει, ἐκένον  
σεμισαυτομ μορφήν μόλου λαφών, συμμορφος  
γενόμενό τῷρι σώματι τῇσ ταπεινώσεως ἡμῶν,

SIT AVSTA

Ὕπαγμας συμμόρφους αὐτοῖς τῆς Εἰκόνος τῆς  
δύξης ἀντὶ.

Ἐπειδὴ γέ, διὰ ἀνδρῶν ἀμαρτίσεων  
Νερὸν ἐις τὸν κόσμον, οὐδὲ μία τῆς ἀμαρτίας οὐθὲν  
νατος, ἐνδόκησερ ὅμογενής σου ἡρῷ πρὸς ἣν τοῖς  
κόλποις σού του θεός καὶ πατρός, γενόμενον  
ἐκ γυναικός τῆς ἀγίας Θεοτόκου καὶ ἀνπαράνεσ-  
νου Μαρίας, γενόμενον ὑπὸ νόμον, κατακείνον  
τὴν ἀμαρτίαν ἣν τῇ σαρκὶ ἀντὶ, οὐαὶ δὲ ἣν τῷ  
Ἄδαμ ἀποθνήσκοντες, βωμοποιηθῶσιν ἢν ἀντὼ  
ἀγιστῷ σου, ιερῷ ἐμπολιτευσάμενον τῷ κόσμῳ  
τότῳ, Δοὺς προσάγματα σωτηρίας, διποσίσας  
ἵματας τῆς πλάνης τῷρες εἰδώλωρ, προσῆγαγε τὴς  
ἐπιγνώσει σὲ τοῦ ἀληθινᾶς Θεοῦ ιερῷ πατρός.  
κατέστησεν ἄμας ἔαυτῷ λαὸν προστείσιον, βα-  
σίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἀγιορ, ιερῷ καθαρίσας  
ἢν ὑπάτιον, ιερῷ ἀγιάσας τῷ πνευματικῷ ἀγιῷ,  
ἔμωκεν ἔαυτον ἀντάλλαγμα, τῷ θανάτῳ, ἢν  
ἄναστειχόμενος, πεπραγμένοις ὑπό τῷ ἀμαρτ-  
τίᾳ, καὶ κατελθὼν διὰ τὸ σαυρόντεις τὸν ἀδημόνιον,  
οὐαὶ τῷ ληρώσῃ ἔαυτῷ τὰς ψάντα, ἐλυσε τὰς ὁδού-  
νας του θανάτου, καὶ ἀνασάσ τῇ τρίτῃ ἓμέρᾳ, καὶ  
ὄμοποιοίσας ωστὸν σορῆλη τῷρες ἐκ νεκρῶν ἀνάσα-  
στηρ, καθότιοντες ὑπὸ μωατόμη κρατεῖσθε ὑπὸ τῆς  
θυμοφύΐας τὸν ἀρχηγόν τῆς ζωῆς, ἐγενέσθο ἀπαρχή  
τῷρες

## QVO MODO MISSA.

Ἄνωμι οὐκοι μηδέωρ πρωτόκοστος ἐκ τοῦ θεοφόρου, ἵνα  
ἴστις αὐτός ταῦτα γὰρ τὰς τοις πρωτέουσιν. Ιού  
βαπτίσθωρ εἰς τοὺς οὐρανούς ἐκάθιστερ γάνθιστος  
τῆς μεγαλωσώντος σου γὰρ θυλαιοῖς, διὸ Ιού  
ἐκποθίσθαι ἐκάστῳ Πταῖς ἔργα ἀντό.

Κατέλιπε δὲ θεοῖς τὸ πομακάτα τοῦ σωτήρος  
τοῦ αὐτοῦ πατέρος, ταῦτα, ἢ προτείκιστον  
μέντοι τὰς αὐτὰς ἐντολὰς, μέλλοντο γένεσι  
ναι ἐπὶ τῷ ἑκουσίῳ φύσει τοῦ αὐτοῦ θεοποιοῦ  
αὐτὰς θανατοῦ. τὴν κατίτην παρεμίσου ἐαυτῷ ἐπειδή  
τῆς τοῦ κόσμου γονής, λαβὼν ἄρτον ἐπὶ τῷ  
ἄγιῳ αὐτῷ ιχθύαντων χειρῶν, Ιούλιον αὐτοῦ εἶσαν  
σοι τῷ θεῷ Ιούλιον αὐτῷ, εὐχαριστίας, εὐλογίας,  
αγιάσσας, κλάσσας, Εὐλόγη τοῖς ἀγίοις αὐτοῦ  
μαδικταῖς Ιούλιον αὐτούς εἰσάγω, εἰπομένης φάγε  
τε, τοῦτο μου δέ τὸ σωμα, τὸ ὑπόθυμον μέλλοντο  
μένοντες ἀφεσιμάτισθαι Αμήρ.

Οἱοίως Ιούλιος τὸ ποτέριον ἐκ τοῦ γένους  
τῆς ἀμπέλου λαβὼν, κεράσσας, εὐχαριστίας,  
εὐλογίας αγιάσσας. Εὐλόγη τοῖς ἀγίοις αὐτοῦ  
μαδικταῖς φύσεις αὐτούς εἰσάγω, πίνετε ἐξ αὐτοῦ  
τὰάντες, τοῦτο δέ τὸ ἀιμάτος μου τὸ τῆς καίνης  
μιαδικίας, τὸ ὑπέρ υμῶν Ιούλιον αὐτῶν ἐκχυνόμενον  
νομίζετε ἀφεσιμάτισθαι. Τούτο τοιστε Ιούλιος

## SIT AVSTA

τὸν ἐμὴν ἀνάμνησιν, δοκιμές γαρ ἂν εἰδίπτε τῷ  
ἄρτῳ τούτῳ, καὶ τὸ ποτήριο τοῦτο σίγκτε,  
τὸν ἐμὸν δάναντόν καταγγέλλετε, τὸν ἐμὴν ἀνά-  
μνησιμὸν οὐκολογεῖτε.

Μεμνημένοις οὐρᾳ Δέωσται ιερῷ ἡμέτερῳ  
σοτηρίῳ ἀντον ταθημάτωμ, τοὺς χωοποιοὺς  
σαυρούς, τῆς τρικλέρου ταφες, τῆς ἐκ τεκρῶμ  
διατάσσεως, τας ἐις ὄρανόνυς ἀνόδου, τῆς ἐκ με-  
τιώρου τοῦ θεοῦ ιερῇ πατρός καθέδρας, ιερῇ  
τῆς ἐνδόξου ιερῇ φοβερᾶς ἀντον παρου  
σίας. Τὰς εὰς ἐκ τῶν σῶματοι προσ-  
φέροντες, κατὰ πάντα ιερά  
θιαζώντας στο

## CANON



QVO MODO MISSA.  
CANONIS BASILII  
VERSIO LA-  
TINA.

Historia & enumera-  
ratio omni-  
nium be-  
neficiorū  
Dei erga  
Ecclesiam

CUM his beatis potestatibus Domine amator  
generis humani, etiam nos peccatores clama-  
mus & dicimus, Sanctus es nere & per omnia san-  
ctus, et non est mensura magnificentie sanctitatis  
tuæ, Et sanctus es in omnibus operibus tuis, Quid  
in tua iusticia & uero iudicio omnia exhibuisti no-  
bis.

Cum enim finxisses hominem accepto puluere  
de terra, & honorasses eum, o Deus, imagine tua,  
collocasti eum in Paradiso deliciarum, pollicitus illi  
uitam immortalem & fructum eternorum honorum  
in obseruatione mandatorum tuorum.

Sed cum fuisset inobediens aduersus te uerum  
Deum Creatorem suum, seductus fallacia Serpentis,  
mortificatusq; proprijs delictis, eiecisti eum in iude-  
cio tuo iusto, o Deus, ex Paradiso in hunc mundum,  
& conuertisti in terram de qua sumptus erat, ordi-  
nanis & disponens salutem ipsius ex regeneratione in  
ipso Christo tuo.

Non enim auersatus figmentum tuum in si-  
nem,

## SIT AVCTA.

nem, quod tu bone Deus feceras, neq; oblitus fuisti  
operis manuum tuarum, sed respexit hoc multifa-  
riam per uiscera misericordiae tue. Prophetas misi-  
sti, uirtutes fecisti per sanctos tuos, qui omnibus ser-  
culis complacuerunt tibi. Locutus es nobis per os  
seruorum Prophetarum tuorum, prænuncians nobis  
futuram salutem, Legem dedisti ad auxilium, An-  
gelos adiunxisti custodes.

Postquam autem uenit plenitudo temporum,  
Locutus es nobis in ipso filio tuo, per quem fecisti et  
secula, qui est splendor gloriae tue, et character  
hypostaseos tuae, et fert omnia uerbo uirtutis tue,  
et non est arbitratus rapinam, quod esset similis tibi  
Deo Patri. Sed Deus ipse ante secula conspectus fuit  
super terram, et uersatus cum hominibus, et incar-  
natus de sancta uirgine, exinanivit semetipsum fore  
mam serui accipiens, conformis factus corpori hu-  
militatis nostrae, ut nos conformes redderet imagi-  
ni gloriae sue.

Quia enim peccatum per hominem introierat,  
et per peccatum mors, complacitum fuit unigenito  
filio tuo, qui est in sinu tuo Dei et Patris, ut natus  
ex muliere sancta Deipara et semper uirgine Ma-  
ria, ut subiectus Legi condemnaret peccatum in caro-

## QVOMODO MISSA

ne sua, ut in Adam morientes, uiuificarentur in ipso Christo tuo, qui in hoc mundo uersatus, dedit mandatum salutis, & abduxit nos ab errore simulachrorum, & adduxit ad cognitionem tui, Dei ueri Patris, & acquisiuit nos sibi populum peculiarem, Regale sacerdotium, gentem sanctam, & purificauit aqua et sanctificauit spiritu sancto, & dedit semet ipsum premium redēptionis à morte, qua detinebamur, uenditi sub peccatum.

Et descendit per crucem ad inferos, ut consummaret sibi uniuersa, soluit dolores mortis, & surrexit tertia die, & aperuit iter omni carni ad resurrectionem ex mortuis, Eo quod non potuit teneri à corruptione autor & Dux uitæ, factus primitiæ dormentium, primogenitus ex mortuis, ut esset ipse omnia in omnibus primatum tenens.

Et ascendit in cœlos, & sedet à dextera maiestatis tue in excelsis, Quid & uenturus est, ut reddat unicuique secundum opera ipsius.

Reliquit autem nobis monumenta salutis erga passionis sue, hæc que proposuimus secundum ipsius præcepta.

Egressurus enim ad uoluntariam, & celebrare atque

## SIT AVCTA

atq; uiuificam mortem suam, ea nocte, qua tradidit  
seipsum pro mundi uita, accepit panem in sanctas  
atq; immaculatas manus suas, Attollens tibi Deo &  
Patri, gratias agens, benedicens, sanctificans, fran-  
gens, Dedit sanctis suis Discipulis & Apostolis di-  
cens, Accipite, comedite, hoc est Corpus meum etc.

**N**ihil hic Canon Basilij habet uitij, adpareat  
enim tantum illustrem & simplicem gratia-  
rum actionem esse pro beneficijs, inde usq; ab exore-  
dio Mundi à Deo Ecclesiae, collatis, cum qua coniuno-  
cta sunt uerba institutionis cœnæ Dominice, & si-  
mul usus & communio Sacramenti. Nam que  
postea de oblatione in Missa Basilij leguntur, τα σα-  
κριτῶν προσφέροντες, de his infra dicemus,  
cum ad Canonem peruerterimus.

Et Missam eo tempore nihil aliud quam com-  
munionem fuisse, præter alia, testatur & sequens ibi  
oratio, ubi sic orat Sacerdos.

Nos autem omnes participantes ex  
hoc unico pane & poculo, unius inui-  
cem in communionem unius Spiritus  
Sancti &c.

## QVOMODO MISSA

Vides igitur usum utriusq; speciei in hoc Sacra-  
mento, neq; priuatas Missas ullas eo tempore fuisse.

**H**AEB fuerunt Ceremoniae & hi ritus circa Missam seu coenam Domini, seruati in Ecclesia usq; ad tempora Celestini Pape, id quod scriptum Græcorum, Basilij, Chrysostomi & aliorum, tum Latinorum, uidelicet, Ambrosij, Hieronymi, Augustini & aliorum testantur, in quibus videre licet, quod quanquam Missam sacrificium appellant, tamen appareat eam nihil aliud fuisse, quam prece-  
tiones, gratiarum actionem & coenam publicam, ubi in conuentu Ecclesiæ, Corpus & sanguis Do-  
mini, populo distribuebatur.

Erat autem eo tempore mos, ut quotidie Sa-  
cramento corporis & sanguinis Christi, in publico  
conuentu (ignorabantur enim eo tempore Missæ  
priuatae) omnes pij, qui isti sacro interessent, ute-  
rentur, sicuti extant claræ ea de re sanctorum pa-  
trum, Græcorum, & Latinorum testimonia.

Chrysostom: in Epist: Pauli ad Ephœ: Homel: 3.  
Cap 1. frustra habetur quotidiana oblatio, Frustra  
stamus ad altare, nemo est quisimul participet, Ista  
non ideo dico, ut simpliciter quomodo cunq; com-  
municetis

## SIT AVCTA.

municetis, sed ut dignos uos constitutatis. Non Oblatio et  
es oblatione aut communione dignus, igitur neq; communio  
precatione. pro eodent  
capiuntur

Idem ibidem. Non dicebat ad illum quare recus-  
buisti? sed aiebat, Amice quomodo huc intrasti, non Matt. 22.  
habens uestem nuptialem? Ista uidelicet & nunc ad  
nos omnes dicit, qui impudenter hic & improbe ad-  
stamus. Quisquis enim mōsteriorum consors non est,  
impudens & improbus adstat &c.

Et paulò infra, Obscro si quis ad conuiuium  
uocatus, & manus quidem lauerit, & accubuerit,  
paratusq; ac dispositus ad mensam fuerit, & tamen  
nihil ciborum gustauerit, non inferat contumeliam  
conuiuatori à quo fuerat uocatus, An non satius fue-  
rit eum, qui talis est, prorsus non comparuisse? Ita  
tu quoq; aduenisti, hymnum cecinisti cum omnibus  
reliquis, ex eorum numero te esse, qui digni sunt,  
hoc ipso confessus es, quod non abcessisti. Quo-  
modo cum manseris de mensa ista non participas?  
Indignus sum, inquis, Indignus es igitur, & ea Vna com-  
communione que in precibus est. Non enim eos munio Sa-  
rum duntaxat gratia, que preponiuntur, sed & cramenti  
propter conuentum illum, nunquam non descendit et precum  
spiritus Sanctus.

## QV'OMODO MISSA.

Item Hierony. ad Lucinum, de sabbatho quod  
quæris, utrum iejunandum sit, & de Eucharistia, at  
accipienda quotidie, quod Romanæ Ecclesiæ & Hi-  
spaniæ obseruare perhibentur, Ego illud te breuiter  
admonendum puto; traditiones Ecclesiasticas ( præ-  
sertim quæ fidei non officiunt) ita obseruandas, ut  
a maioribus traditæ sunt. Nec aliorum consuetudi-  
nem, aliorum contrario more subuerti.

Ita etiam Augustinus refert quotidie populum  
in conuentu publico solitum Eucharistiam sumere,  
sicuti recitantur Augustini uerba, Quotidie de con-  
secratione Distin: 2. Quotidie Eucharistiæ commu-  
nionem accipere, nec laudo nec uitupero, omnibus  
tamen dominicis diebus communicandum hortor, si  
tamen mens in affectu peccandi, non sit. Nam si ade-  
buc habet uoluntatem peccandi, grauari magis dico  
Eucharistiæ perceptione quam purificari.

Idem ibidem. Si dixerit quissiam non quotidie  
acciendiā Eucharistiam, aliis adfirmat quotidie,  
faciat unusquisq; quod secundum suam fidem pie  
redit faciendum &c.

Ibidem referuntur ex Canone Apostolorum  
hec uerba, Omnes fideles qui conueniunt in solenni-  
tatibus

SIT AVCTA.

tatibus sacris ad Ecclesiam, et scripturas Aposto-  
lorum & Euangelium audiant. Qui autem non  
perseuerant in oratione, usq; dum Missa peragi-  
tur, nec sanctam communionem percipiunt, uelut  
inquietudines Ecclesiæ commoventes, conuenit coma-  
munione priuari.

Et ibidem c. Peracta consecratione omnes como-  
municent, qui noluerint Ecclesiasticis carere limia-  
tibus, sic enim ex Apostoli statuerunt, & sancta Ro-  
mana tenet Ecclesia.

**C**AETERUM ut supra ostensum est, sub Celestino  
Papa, qui post Christum natum anno 426. Anno Do-  
uixit, tempore concilij Ephesini, cui cum Cyrillo mini-  
Episcopo Alexandrino præfuit, coeporunt Messe, 430.  
plures ceremoniae addi.

Nam cum in Græcis Ecclesijs Psalimi, in talibus  
publicis conuentibus, cantarentur, hunc morem in  
Romanam Ecclesiam Celestinus traduxit, ut aliquot  
Psalmi canerentur, dum populus colligeretur & in-  
troiret Templum, unde tales cantiones, Introitus.  
nomen habent.

Ita etiam à Græciis κυριελέκτορι in Romæ κυριε-

## QVOMODO MISSA

nam Ecclesiam à Sylvestro Pontifice & hymnum Angelicum quem uocant, Gloria in excelsis Deo, à Symmacho Papa traductum scribunt, cuius Hymnus autor Hilarius est.

Dominus. Dominus uobiscum, Et cum spiritu tuo. Haec uobiscum, salutatio mutua presbiteri ad populum & populi ad Presbiterum, uetus est, que diu usitata fuit apud Græcos, quæ coarguit, Missæ seu cœnæ Dominicae Missa uer ceremoniam uernaculo sermone celebratam, ut populo ser pulus precationes, salutationes, exhortationes, atque mone cele adeo omnes actiones Sacerdotis intelligere, & ei branda respondere posset.

Missæ non      Est item indicium Missas non priuatas, sed publicas actiones seu ceremonias fuisse, in quibus pars aut uer tem Sacerdos, partem populus sustineret, imo que nius, sed & Sacerdotis & simul populi actio esset. Neque totius pos enim aliud Sacerdos, aliud populus agit, sed una puli actio, est actio populi & Sacerdotis, simul orant, gratias agunt, benedicunt, simul corpus Christi edunt, simul de poculo Domini bibunt. Ideo & Chrysostomus in supra citato loco ait, Quim & Oblatio populi. in precibus uiderit, quis populum multum simul offers  
re &c.

DE COL

SIT AVCTA.

## DE COLLECTIS.

**C**OLLECTARVM autores quidam Gelasius & Gregorium Pontifices affirmant, quae collectis Eleemosynis nomen habent. Fuit enim primitus Ecclesiae ritus ab ipsis Apostolis traditus, sicut ex 1. Corinth 11. 2. Corinth. 9. est certe, ut in publico conuentu colligerentur Eleemosynæ. Et idem adparet adhuc ex quibusdam collectis, que nihil aliud sunt, quam gratiarum actiones pro collatis Eleemosynis, & oblatis munerebus ad aram seu mensam Domini, ut est illa quæ Dominica quinta post Trinitatis reciatur:

Propitiare Domine supplicationibus nostris, Et has oblationes famulorum tuorum benignus assume, ut quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutem.

Item Dominica septima post Trinitatis.

Deus qui legalium differentiam hostiarum, unius sacrificij  
E 5 perfectio-

Muneris  
populi ad  
aram ob-  
lata, uoc-  
at sacro-  
ficia,

QVOMODO MISSA

perfectione sanxisti, accipe sacrificium a deuotis tibi famulis, & pari benedictione sicut munera Abel sanctifica, ut quod singuli obtulerunt ad maiestatis tuæ honorem, cunctis proficiat ad salutem &c.

Lectiones

Epistolarum & Euangeliorum quis autor sit ignoratur, Constat autem ex Tertulliani Apologetico ueterem morem esse, Coimus, inquit, ad literarum Diuinarum commemorationem &c.

Graduale

Graduale cantus erat, qui à populo canebatur, dum minister per gradus in editiorem locum recitatur & explanatur Euangelium aut aliquem scripture locum, conseruandus.

Halleluja:

Halleluia affirmant ex Hierosolymitana Ecclesia in Romanam traductum.

Tractatus

Tractatus nouum inuentum est, quod tamen quidam ad Thelephorum referunt, Ira & Prosa seu Sequentia nuper addita sunt autor dicitur primus fuisse Notgerus Abbas S. Galli, Post hunc Hermannus Contractus, Robertus Rex Francie, & quidam alij quoq; Proses scripserunt.

Euangelij

SIT AVCTA

Evangelijs lectionem quis primus instituerit, Euangelium.  
pertinet sciri non potest.

Symboli autem cantum seu recitationem, sapientis adparet institutum ad resellendos Arij, Sabelij, Samosateni, Macedonij, & aliorum errores, ut summa doctrinæ Christianæ breuiter comprehensa, nota & semper in conspectu esset populo, & altius illorum animis infigeretur.

DE OFFERTORIO.

OFFERTORII origo fuit quod post decantatum symbolum, populus ad  $\alpha\gamma\epsilon\pi\kappa\mu$  seie Mensam Domini in usus pauperum & ministerorum Ecclesiae, uaria dona ueluti panes, uinum, fruges, fabas, uinas, atq; alios fructus offerebat.

Et fuit hic mos uetus, non primum ut quidam scribunt, à Gregorio introductus, cuius de consecratione Canon his uerbis extat:

Omnis Christianus procuret ad Missarum solennia, aliquid Deo offerre & ducere ad memoriam, quod Deus per Moysen dixit, non adparebis in collecta. respectu meo vacans. In collectis sanctorum patrum quid olim liquido fuerint.

## QVOMODO MISSA

Liquidò adparet, quod omnes Christiani offerre alii  
quid ex usu sanctorum Patrum, debent.

Fuit præterea consuetudo, ut eorum nomina,  
qui ad aram aliquid obtulissent, recitarentur & oratione commendarentur Deo, ut ibidem hæc uerba Canonis ostendunt.

### Recitatio

**nominum** De nominibus recitandis, antequam sacerdos  
precem faciat, atq; eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, oratione sua commendet, quam superfluum sit, & ipse per tuam prudentiam recognoscas, ut cuius hostiam nec dum Deo offerat, eius ante nomen insinues, quamvis illi incognitum nihil sit.

Hic Hostiam uocat oblata munera ad aram, sicuti & græca uerba oblationis sonant τὰ σὰρκα τῶν σῶν τοῖ προσφέρω μλῆν, Solebat enim sacerdos munera ὑποτίμη, ut Dionysius refert, in conspectum attollere, & pro ijs agere gratias Deo unde postea Eleuatio Sacramenti orta est, qui ritus à sacrificijs ueteris Testamenti sumptus uidetur, ubi quædam תְּרוּבָה תְּרוּבָת Thruma ab elevatione, quædam תְּרוּבָה תְּרוּבָת Thrupha à motione uocabantur.

### Munera oblata uocat hostiam,

**Ex hac commemoratione & recitatione nomi-**  
**num,**

SIT AVCTA

num eorum, qui ad aram aliquid obtulissent, adparet  
commemorationem illam pro uiuis, quæ in Canone  
ad huc retinetur, originem ducere,

Commemoratio  
pro uiuis.

Offerabant igitur talia munera ad aram uocati  
luti fruges, fructus &c. sicuti populus olim pri-  
mitias in ueteri Testamento, quibus testarentur se  
gratos esse Deo pro datis & perceptis fructibus,  
& quibus aliorum inopia subleuaretur, quod uerè  
erat sacrificium laudis & gratiarum actionis, Quo  
sacrificio simul testabantur fidem & gratitudinem  
suam, quod à peccatis, & morte, per unicum  
sumnum & aeternum Christi sacrificium essent re-  
dimendi.

Sed hoc tempore assertores Missæ, siue hunc  
ueteris Ecclesiæ ritum ignorantes, siue sui questus  
causa consulto corruptentes (ut sonant uerba Ca-  
nonis) dicunt se offerre hostiam, etiam nondum  
consecratam sacrificium laudis, pro redemptione  
animarum suarum, pro spe salutis, cum hoc soli  
Christi sacrificio debeatur. Quod si hoc sacrificium  
laudis offeratur pro redimendis animabus, Ergo as-  
similis non sunt antea, sacrificio & morte Christi  
redemptæ, sed siue scolasticus, siue quisquis autor  
Canonis fuit, adparet cum discrimen sacrificiorum  
ueteris.

QVO MODO MISSA SIT AVCTA  
ueteris & noui Testamenti ignorasse, & ueteres ritus  
cum nouis sine ullo iudicio, confusisse.

**A**b his oblationibus ad aram, Coena Domini  
**V**nde nos primū oblationis seu sacrificij nomen sortita est, sicut  
men obla. manifestissimum est cernere in Ireneo lib. 4. cap. 3 &  
tionis Coe. & 33. ubi inquit, Sed & suis discipulis dans consi-  
na Domi. litum, primitias Deo offerre ex suis creaturis, non  
ni habeat. quasi indigenti, sed ut ip̄i nec infructuosi, nec in-  
grati sint, Eum qui ex natura panis est, accepit, &  
gratias egit dicens, Hoc est meum Corpus. Et Cali-  
cem similiter qui est ex ea creatura, que est secun-  
dum nos, suum sanguinem confessus est, & noui  
Testamenti nouam docuit oblationem, quam Eccles-  
ia ab Apostolis accipiens, in uniuerso mundo offert  
Deo, ei qui alimenta nobis praestat, primitias suorum  
munerum in nouo Testamento, sed de hoc infra  
plura in confutatione.

**Oblatio**  
**primitia-**  
**rūm**

**Distribu-**  
**tio oblati-**  
**onum ad**  
**aram.**

De oblationibus ad aram factis Augustino  
Cantuariensium Episcopo interroganti qualis fieri  
debeat distributio, ita respondet Gregorius Magnus,  
Mos est sedis Apostolice, ordinatis Episcopis prae-  
cepta tradere in omni stipendio quod accidit, qua-  
tuor debent fieri portiones, Vna Episcopo & eius  
familiae propter hospitalitatem & susceptionem.

**Alia Clero, Tertia pauperibus,**

**Quarta Ecclesijs re-**  
**parnadij.**

DE ORIGINE MISSARVM PRIVAT:  
DE PRAEFATIONE.

PRAEFATIONVM autorem referunt Pontificem Gelasium, ut testatur C. Inuenimus de consecratione, qui circa annum Domini 500 uixit.

DE CANONE ET  
ORIGINE MISSARVM  
Priuatarum ac aliarum  
superstitionum.

V ENIMVS iam ad tempora Gregorij Magni Tempora  
qui circa 600. Christi uixit. Sub hoc Pontifice Gregorij  
multi abusus & errores in Ecclesiam irrepererunt, Magni.  
& ab eo confirmati sunt. Nam & inuocatio more  
tuorum sanctorum publicè instituta est, & sanctis  
templa extrixi cœperunt, Cœpit & oblatio corpo-  
ris & sanguinis Christi pro mortuis hoc tempore,  
& cum antea Missa nihil aliud quam orationes & com-  
municatio & participatio cœnæ Domini esset in pu-  
blico Ecclesiæ conuentu, tum primum contra insti-  
tutionem Christi, & primitiæ Ecclesiæ morem,  
Missa, non pro uiuis tantum, sed & pro mortuis in-  
stitute sunt. Fuit

## QVOMODO MISSARVM

Fuit autem hæc origo Missarum priuatarum;  
Origo sicuti & ex decretis de consecratione facile & ma-  
Missarum nifeste colligitur. Ostensum est supra, à tempo-  
priuataz ribus Apostolorum usq; ad Chrysostomi, Ambro-  
sum. sij, Hieronymi, Augustini, & sequentia tempora,  
nempe ad Gregorij etatem usq;, totum populum,  
quotiescunq; conueniebatur ad tractanda sacra,  
simul cum Sacerdotibus communicasse, sicuti te-  
stantur historiæ, & illorum sanctorum Patrum  
scripta & Capitula ordine de consecratione C.  
Quotidie, C. Si quotiescunq; C. Si non sunt C.  
Si quis intrat Ecclesiam cum alijs sequentibus, si-  
cuti & S. Hieronymus in Apologia aduersus Iouis  
anum scribit, Scio Romæ hanc esse consuetudinem,  
ut fideles semper Christi corpus accipiant, quod  
nec reprehendo, nec probo, Vnusquisq; in sensu  
suo abundat &c:

Quia igitur Romæ, Mediolani & in alijs mta-  
gnis urbibus ingens multitudo quotidie communi-  
cantium erat, ideo necesse fuit multos esse Sacerdotes,  
qui Sacramentum corporis & sanguinis Domini  
populis distribuerent, & multas aras in templis ex-  
trui, in quibus coena Domini quotidie distribueba-  
tur. Inde uenit illa multitudo Sacerdotum & al-  
tarium.

Adferabantur

## PRIVATARVM.

Adserabantur autem ad singulas aras à popu-  
lis, ut dictum est uaria oblationes, ex quibus Sacer-  
dotes magna habebant commoda.

Postea, cum ardor indies sumendi Sacramen-  
tum deserbuisset, & non ita frequentes communio-  
carent, remansit tamen consuetudo, ut Sacerdotes  
pro more ueteri, instituerent aras, recitarent pre-  
ces & celebrarent ceteros ritus ac ceremonias, que Origo pri-  
in Missâ seruabantur, ut hoc modo populum, ad uatarum  
oblationes, que illis questui erant, inuitarent, &  
si deceant, qui una communicarent ipsi soli uel Di-  
aconis exhibitis communicabant, Vnde Missæ pris-  
natæ ortæ sunt, & cum Sacramentum pro uiuis  
tantum à Christo sit institutum ut id comedentes  
& bibentes confirmentur in fide & annuncient  
mortem Domini, ac Deo gratias agant, quod cor-  
pus Christi pro ipsis sit traditum, quod sanguis  
pro ipsis in remissionem peccatorum sit effusus,  
cum communio negligeretur, & oblationes si-  
mul intermitterentur, excogitata est supersticio,  
ut Sacramentum corporis & sanguinis Domini,  
& oblationes munierum ad aras, pro mortuis ex  
poenis purgatoriij redimendis ualerent, ut hoc modo  
questuose oblationes ad aras retinerentur.

F

Hoc igitur

## DE CANONE.

Hoc igitur modo Missæ priuatae, contra institutionem Christi, & traditionem Apostolorum & usum primitiæ Ecclesiæ, in Ecclesiam per superstitionem, & questus causa irrepississe, & hoc tempore ab aduersariis uerae Apostolice doctrinae, e nomine defendi manifestum est.

## DECANONE.

**C**AETERVM quod ad Canonem attinet, deploranda est superstitione, seu potius coecitas maxime partis, Christiani orbis, quæ hoc hum anum et misere consarcinatum scriptum, pluris facit quam ipsam Dei uocem, quam Doctrinam per filium Del, per Prophetas & Apostolos traditam, ut facilius in doctrina cœlesti, quam in Canone aliquid mutari patiatur. In quo errore non infima sex hominum, sed hi potissimum sunt, qui & in Ecclesiastica & in Politica gubernatione supremum locum tenent.

Deinde à sacrificiulis tanti fit Canon, ut si in eo legendo quid sit omissum aut mutatum, ingens piaculum esse putetur. Et uerba formulæ Reformationis nuper editæ, haec sunt:

Capon Mit.

## DE CANONE.

Canon Missæ, quem tot iam seculis  
retinuit Ecclesia Dei, nihil continet,  
quod non sit consonum his, quæ à tem-  
pore Apostolorum apud altaris sacrifi-  
cium supplicata, pronunciata, uel obser-  
uata sunt, Id quod liquet ex antiquo-  
rum ueteris Ecclesiæ Patrum scriptis,  
in quibus ipsa Canonis uerba alicubi  
est reperire, Ut proorsus sacrilegium sit,  
eum uel damnare, uel autoritate pri-  
uata immutare, Debet ideo ille  
quemadmodum hactenus factum est,  
in Missa religiose ac submissa uoce ( quo  
mysterijs tam tremendis sua conseruetur  
autoritas ) pronunciari.

Constat autem, sicuti supra quoq; ostensum est,  
primam Missam ( ut ipsorum uoce utamur ) Scu-  
potius dominicam cœnam ab ipso autore Christo,  
sine Canone institutam & celebratam.

Deinde certum est ex hoc, neq; Apostolos  
esse Canonis autores, Et Apostolos non aliter cœ-  
nam Dominicam instituisse, quam ipsis à filio Dei  
tradita est, sicuti manifestis uerbis 1. Cor. 11. Paul.

Interim  
Anno 15.  
48. Augu-  
ste pro-  
mulgata.

Cœnia Do-  
mini sine  
Canone à  
Christo in-  
stituta.  
Apostoli  
ignorant  
Canonem.

## DE CANONE.

Ius testatur cum inquit, Ego accepi à Domino, quod  
et tradidi uobis, quoniam Dominus Iesus in qua  
nocte trædebatur &c.

Hec est simplex institutio cœne dominice, sine  
ornatu, Canone, et Ceremonijs, cui tantum hoc  
attexitur, sicuti et Christus præcipit, Facite in  
mei commemorationem, ut scilicet cœna Domini  
utentes, mortem Domini annuncient, que an-  
nunciatio nihil aliud est, quam prædicatio bene-  
ficiorum Christi, passionis, mortis, resurrec-  
tionis et ascensionis ad cœlos, et pro his gratia-  
iarum actio.

Neq; tamen negabimus, quod Guilielmus Du-  
randi et quidam alij adfirmant, in cœna Domini ab  
Apostolis orationem Dominicam post uerba Con-  
secrationis dicta, et quasdam alias pias preces po-  
stea ab eis institutas.

Sunt sane ista postea sic instituta, et aucta-  
uel ab Apostolis uel ab ipsorum discipulis, aut suc-  
cedentibus Episcopis, ut cum populus conueniret  
ad audiendas interpretationes scriptorum, Pro-  
phetorum et Apostolicorum aliquot Psalmi sint  
desantati, et preces habitæ iuxta præceptum Pauli,

1. Tim. 2<sup>o</sup>

## DE CANONE,

1. Timoth. 2. Observeo primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt &c. sicut & Tertullianus in Apologetico Coimus (inquit) in coetum & aggregationem, ut apud Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes, Hæc uis Deo grata est. Oramus etiam pro Imperatoribus, pro ministris eorum ac potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete &c. Vnde illæ preces in Missis Græcis, Basilij & Chrysostomi, pro Regibus, pro Ecclesia, pro Episcopis, Catechumenis, paenitentibus, & alijs statibus & ordinibus ortæ uidentur, tamen certum est coenam Domini ultra sexcentos annos in Ecclesia Orientali & Occidentali, Græca & Latina, sine hoc mini. ut Canone celebratam, quem apparet non ab uno auctore, sed à multis indoctis & superstitionis hominibus, non intelligentibus doctrinam Christianam, ne Canone ex uarijs periculis, miserrime sine ullo iudicio, consarcinatum.

Gregorius enim Magnus, qui mortuus est anno secundo Imperatoris Phocæ, qui fuit annus Domini sexcentesimus quintus, in Epistola ad Iosuannem Syracusanum Episcopum, sic scribit, Oratio

## DE CANONE.

Apostoli onem dominicam mox post precem, idcirco dicimus, consecras quia mos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodo orationem, oblationis hostiam consecrarent, Et ulla de mihi inconueniens usum est, ut precem (nuncat Canonem precem, quia pro regulari preicatione habitus est) quam Scolasticus composuit, susse non ma per oblationem diceremus & ipsam orationem, gnifacit quam ipse Redemptor noster composuit, super cora Canonem, prius & sanguinem non diceremus.

Cum igitur hic Canon, qui hoc tempore tanti à Pontifice, Episcopis, Sacerdotibus, Deinde à Regibus, & maxima orbis Christiani parte fit, neq; Deum, neq; Apostolos habeat autores, Sed teste beatus Canon, ita Gregorio à Scolastico, nescio quo homine, sit qualis sit compositus, & hunc ultra sexcentos annos Ecclesie precatio. si ignorauerit, quae haec ratio est, cogere homines ut in Sacra communione, hanc stultam & ineptam precationem, ne dicam impiam & blasphemiam, ab hominibus inuentam, & excogitatam recitent, tanquam ita necessariam, ut sine ea sacra communio et participatio corporis & sanguinis Domini fieri non possit.

Si enim ita necessaria het Canonis precatio putatur, ut sine ea non possit fieri uera, uel consecratio

## DE CANONE.

eratio uel participatio cœne Dominicæ, necesse est Ecclesiam Christi ab ipso tempore institutionis huius cœne, per annos sexcentos, quo tempore hoc Canone caruit, non recte usam sacra communione, id quod impium & blasphemum est dicere.

At si concesserint ueram ewangelij etiam autem bunc Canonem in Ecclesia fuisse, necesse erit concedere non peccare contra Christum, qui omisso Canone, iuxta simplicem institutionem Christi, & traditionem Apostolorum, que in Euangelistis, & 1. Cor. 11. describitur, Cœnam Domini celebrarent uel sumpserint. Et sic liberum esse uel recitare uel omittere præceptam precationem. Pona enim nihil uitij aut impietatis esse in Canone, qui tamen, ut infra ostendetur, plenus Idolatriæ & blasphemiae est.

Nam quod obijcunt, Quanquam tales non peccent aduersus Deum, peccare tamen aduersus Ecclesiam, que illa sic fieri præceperit & tradidit? Respondeo, Ecclesiam habere potestatem ad edificationem & non ad destructionem. Destruit autem cum suas traditiones diuinis manis & quat, & statuit peccatum esse earum violacionem.

F

Nep

## DE CANONE.

Neq; enim hominum constitutiones in Ecclesia,  
extra casum scandali, uiolare peccatum est, Et de  
hoc toto genere Christus ait : Frustra colunt me  
mandatis hominum.

Et Augustinus ad Paulinum Epistola 59.  
Turpe est ( inquit ) & nimis incongruum & à ge-  
nerositate uestræ libertatis, alienum, ut cum sitis  
corpus Christi, seduc amini umbris & conuinci uis-  
de amini ueluti peccantes, si hæc obseruare negli-  
gitis &c.

Quare et si à Gregorio & ceteris Pontifi-  
cibus hæc Scholastici precatio sit recepta & adpro-  
bata, tamen ita duriter exigi non debet, ut pecca-  
tum sit eam in Coena Domini omittere, cum non  
sit diuina institutio, neq; Apostolica, sed tantum hu-  
mana traditio. Fatetur autem autor libri Rationa-  
lis diuinorum ipse hanc secretam non totam si-  
mul ab uno, sed particulatim ( hæc enim sunt eius  
uerba ) à pluribus compositam, id quod legentibus  
satis adparet.

Præterea certum est ea quæ non sunt de sub-  
stantia, Sacramenti corporis & sanguinis Domini  
posse sine peccato omitti.

Neminem

## DE CANONE.

Neminem autem sane mentis, cui scripture coelestis nota est, esse arbitor, qui affirmare possit Canonem, qui post institutionem cœnæ Dominiæ anno sexcentesimo primum compositus, & postea ab Episcopis in Ecclesiam receptus est, esse de substantia cœnæ Domini.

Tertio, si peccant qui Canonem omittunt,  
Ergo tota Ecclesia græca est damnata, que hanc precationem ignorat. Et quia in formula Reformationis præcipitur, ne quid in Canone mutetur, reprehendende erunt & istæ Ecclesiæ, que in recepto Canone multa mutata habent, ut est Ecclesia Mediolanensis, Toletana in Hispania, que utitur Missa Isidori, & quædam aliae &c.

Graviter igitur peccant qui Germanicas Ecclesiæ hoc tempore tam duriter ad hanc precationem alligant, ut etiamsi quid in ea sit uitij, qualia multa sunt, tamen corrigi nolint, cum tamen filius Dei, Dominus noster Christus Iesus ita arcta Ecclesiam suam ad sanctissimam orationem suam, à se ipso præscriptam & traditam, alligare uoluerit, ut illi etiam alias pias preces dicere non liceat.

DE CANONE.  
DE VITIIS QVAE  
in Canone sunt.

**P**RINCIPIO retineatur hic summus & prescipitus doctrinae Christianae articulus, pura & sincera fide, quod liberatio a peccato & morte, & sic iustificatio, imputatio iusticie, donatio Spiritus sancti & hereditas uite eternae, nulli contingat, nisi gratis sine ullis meritis operum, fide amplectente donatum Mediatorem, hoc est, tali fiducia, que ex promissione & uoce Euangeli certo statuat, sibi gratis propter filium Dei remitti peccata, se propter hunc SOLVM Mediatorem & placatorem recipi & placere Deo, se esse filium & heredem Dei, ac coheredem Iesu Christi, & hac unica oblatione Domini nostri Iesu Christi credentes esse in eternum sanctificatos, neq; ulla alia hostia potuisse expiari peccata nisi sanguine Iesu Christi, & hunc esse propitiationem pro peccatis nostris (ut 1. Iohann. 2. dicitur) non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius Mundi, & cum per hanc unicam uitiam parta sit remissio peccatorum, iustificatio & donatio Spiritus sancti & uite eternae, iam non opus esse aliqua oblatione pro peccato ut Hebre. 3. 10. scriptum est, sed tantum fide, qua hoc unicum sacrificium Christi cum ipsis fructibus & beneficiis nobis

## DE CANONE.

ficis nobis adplicemus & uendicemus, sicuti ibi  
dem Epist. ad Hebre. docet, Habentes igitur frā-  
tres libertatem adeundi in sancta per sanguinem Ies-  
su, per quem dedit aut nobis uiam nouam & uiuen-  
tem, uelamen, hoc est, carnem suam, & Sacerdos-  
tem magnum super domum Dei accedamus cum uo-  
ro corde & certitudine fidei &c.

Et Rom. 3. Omnes peccauerunt, & egent  
Gloria Dei. Iustificantur autem gratia ( sine meri-  
tis operum ) per gratiam ( id est, per gratuitam  
misericordiam, non per donum insusum ) ipsius,  
per redēptionem, quae est, in Christo Iesu, quem  
proposuit Deus propitiatorem, per fidem, in san-  
guine ipsius &c.

Hec uera esse, tantum fide, sine ullis sacrificia-  
cijs aut operum meritis, contingere iustificatio-  
nem & remissionem peccatorum, confirmat con-  
sensus omnium Prophetarum, ut Acto. 30. Scri-  
ptum est: Huic omnes Propheta testimonium per-  
hibent remissionem peccatorum accipere per nomen  
eius, omnes qui credunt in eum. Quare quicquid  
cum hoc articulo iustificationis pugnat, tanquam  
blasphemum & impium reiiciendum est.

Pugnare


## DE CANONE

Pugnare autem cum hac doctrina omnis  
Prophetarum & Apostolorum, Canonem Minoris  
rem & Maiorem, Missæ Papisticæ, manifestissimum  
est.

Malo igitur faciunt, qui hunc recipiunt aut ad-  
probant, aut propter stabiliendam impietatem, uel  
retinenda uite commoda, in gratiam potentium no-  
nis fucis & coloribus, ad decipiendos rudes, hoc  
idolum pingunt.

Hæc enim sunt uerba Canonis Minoris, quem  
post recitatum Symbolum Nicenum  
Sacerdos, oblaturus hostiam  
super altare, di-  
cit.

## C A N O N



CANON MINOR

CANON MINOR.

**S**VSCIPESancte Pater omnipo-  
tens æterne Deus, hanc immacula-  
tam hostiam quam ego indignus fami-  
lus tuus, offero tibi Deo meo uiuo &  
uero, pro innumerabilibus peccatis &  
offensionibus & negligentijs meis, &  
pro omnibus circumstantibus, sed & pro  
omnibus fidelibus Christianis, uiuis  
atq[ue] defunctis, ut mihi & illis pro-  
ficiat, ad salutem in uitam æ-  
ternam AMEN.

**V**IDE QVANTA SIT PRIMVM  
in scriptia Sacrificulorum & Monachorum, quorum  
cum multa millia quotidie per orbem terrarum Mis-  
sas legant, & uero tantum legant, paucissimi enim  
lecta intelligunt, nemo est qui impietatem & Ido-  
latriam huius orationis, quam Canonem Minorem  
uocant, consideret, & cogitet quid agat, Nam ap-  
paret autorem Canonis sine iudicio multa confusisse, Sacerdos  
Hæc enim oratio ponenda erat post uerba consecra- offert pa-  
thonis, sed Sacerdos in hac prece, uocat panem nem nona-  
nondum dum con-  
secratum,

## DE CANONE

nondum consecratum, hostiam immaculatam, & ita  
nihil aliud quam panem uulgarem offert Deo uiuo  
& uero, & eum quidem pro innumerabilibus pec-  
catis & offenditionibus, & negligentijs suis, & pro  
omnibus circumstantibus.

Stulticia  
& impie-  
tas sacri-  
ficulorum.  
Missario-  
rum.

Homo stultus & impius, non intelligens quid  
agat, uult placare iram Dei, & delere sua & po-  
puli peccata, oblatione frusti panis, que ab exor-  
dio mundi, tot millibus ac menarrabilibus ac uarij  
generis sacrificijs, & effusione sanguinis tot tau-  
rorum & pecudum tolli & deleri minime potue-  
runt, sicuti inquit Epistola ad Hebreos: Cap. 10.  
Impossibile est sanguine taurorum & bircorum  
auferri peccata, ad que tollenda necesse fuit filio-  
um & agnum Dei cædi & offerri, & illius san-  
guinem effundi.

Deinde addit se non modo pro uiuis, sed &  
pro defunctis hanc hostiam offerre, ut & sibi su-  
menti, & illis mortuis non sumentibus proficiat, ad  
salutem in uitam æternam.

Sed quid quæso frustum panis & quidem ad-  
huc communis, qualem hic offert Sacerdos, profe-  
cerit ad salutem & uitam æternam sumentis, cum  
uerba

## MINOR E.

Verba promissionis seu consecrationis, Accipite, comedite, hoc est corpus meum &c. nondum sint pronunciatae quibus uerbis Christi promittit, in hoc, & cum hoc pane se suum corpus cum remissione peccatorum nobis sumentibus, & fide promissionem acceptantibus, sine qua nulla Sacra menta prosunt, traditurum.

Hæc enim promissionis uerba maxime sunt de substantia Sacramenti, ut si solus panis adsit, & desint uerba quibus promittit Christus se cum hoc pane suum corpus nobis daturum, non sit hic panis Sacramentum sed panis communis nihil distans ab alio pane, qui à pistore uenditur, iuxta usitatum dictum Augustini: Accedat uerbum ad Elementum, & sit Sacramentum, Si igitur desit uerbum non erit Sacramentum.

Quod si assertores Missæ & huius Canonis dixerint se hanc hostiam ita offerre Deo, quod uerba consecrationis seu promissionis adhuc sint addenda ad hunc panem, quæ mox post finitam præfationem sint pronuncianda a sacerdote, atq; ita eam se offerre sub spe statim futuræ consecrationis, quæ cum non longe absit, ita intelligendum esse, ac si hostia iam sit consecrata, haberi enim iam quasi pro cons

## DE CANONE.

pro consecrata, quæ mox sit consecranda, iuxta illud, Quod parum abest, nihil abesse uidetur.

Respondeo quod parum abest, tamen abest, etiam si humano iudicio nihil abesse uideatur. Neque enim cum sacro sanctis & reuerendis sacramentis, ita, ut cum prophanis rebus ludendum est, ut id pro sacro habeatur, quod adhuc commune reuera est, non satis est in rebus diuinis dicere, Videtur aut iudicatur nostro iudicio ita esse, sed necesse est, esse hic in rebus diuinis certissimum, à quibus procul omnis Hypocrisis & simulatio esse debet.

Quod si dicunt uerbum Offero, præsens pro futuro sumi, iudicent hic omnes pij & prudentes, an deceant tales lusus Sacerdotes, in hoc sacro sancto mysterio.

Cur igitur hoc loco hanc precationem non omittunt, & post uerba consecrationis ponunt? Sed tales Idolatras tradidit Deus in reprobam mentem, ut cum se credant esse sapientes, stulti sint & ignorant quid agant, ut gloriam incorruptibilis Dei, delentis peccata nostra propter solum filium, mutauerint in panem communem, propter quem oblatum uolunt tolli peccata.

Est igitur

## MINOR.

Est igitur horribilis Idolatria, quod sacerdos Idolatria  
dos offert Deo panem, quem scit, aut offerens certe sacrificiu-  
scire debebat, communem, qui nondum additis uerbis lorum  
promotionis, nihil ab alio pane distat, et eum quidem Missario-  
homo impius offert, pro innumerabilibus suis & aliis  
orum peccatis, cum nulla alia hostia, quam unica  
Filiij Dei oblatione peccata tolli potuerint, quam uim  
hic stolidus Sacerdos frusto communis panis tribuit,  
& Christo suum honorem, quod per ipsum solum  
expiata sint peccata, adimit.

At si contendat hunc panem representare  
corpus Christi, respondeo, quomodo, possit id refer-  
re, cum quo uerba promotionis seu consecrationis  
non sint coniuncta?

Sicut igitur qui non dijudicans corpus Domini,  
manducat indigne & iudicium sibi manducat,  
ita & hi Sacrificuli, non habentes discrimen inter  
panem communem, & eum panem, qui additis uer-  
bis consecrationis, iam est corpus Christi, offerentes  
panem non consecratum pro consecrato, non offe-  
runt ut ipsis & alijs ad salutem in uitam æternam,  
sed ad iudicium & condemnationem æternam pro-  
ficiat.

## DE CANONE.

Peccant enim ut Idolatrae horribiliter, cum  
Sacrificus id, tollere nempe peccata, creature pani tribuunt,  
li Missarij quod soli Creatori rerum, Christo Domino nostro  
Idolatrae debetur, & est peccatum contra primum preceptum,  
Non habebis Deos alienos coram me.

Tales enim Sacrificuli, constituunt sibi panem  
Deum, loco filij Dei, propter quam hostiam panis,  
dicunt deleri peccata & donari salutem & uitam  
æternam, sibi & alijs pro quibus haec hostia offertur.  
Haec sunt horrenda.

Excusent autem hoc quibuscunq; uelint ratios  
nibus, tamen res ipsa loquitur, hoc loco, & in hac  
precatione nihil preter communem panem offerri  
Deo pro peccatis.

**P**Ræterea precatur hic Sacrificulus, ut haec hos-  
tia quam ipse offert, proficiat ad salutem in  
uitam æternam, non tantum uiuis, sed & defunctis.  
Certum autem est coenam Domini tantum pro uiuis,  
qui soli comedunt & bibunt, non etiam pro mortui  
tuis institutionem esse, iuxta uerba institutionis Christi,  
Accipite, Comedite, Bibite, ex hoc omnes.  
Quia autem mortui iam sati sunt, non comedunt  
nec bibunt, ideo Iesus huius Sacramenti ad ipsos non  
pertinet. Deinde

## MINORE.

Deinde mandatur ut comedentes ac bibentes; faciant hoc in commemorationem Christi, & ipsius mortem annuncient, hoc est, passionem, mortem, resurrectionem, atq; adeo omnia beneficia Christi prædicent, celebrent, pro ihs gratias agant. Quare & hoc nomine Sacramentum nihil ad mortuos pertinet, sicuti Psalmus 6. testatur, Saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem seu in sepulchro, quis gratias aget tibi? Et Psal. 115. Non mortui laudabunt te Domine, neq; omnes qui descendunt in infernum.

Item Esiae 38. Quia non illi qui sunt in sepulchris confitebuntur tibi, neq; mors laudabit te, non expectabunt qui descendunt in lacum, ueritatem tuam.

Viuens viuens ipse gratias aget tibi, sicut & ego hodie, pater filiis notam faciet ueritatem tuam.

Ecclesiast: 17. A mortuo quasi nihil perit confessio. Confiteberis uiuens, viuens & sanus confiteberis, et laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus illius &c.

Tertio ministerium uerbi & Sacramentos

## DE CANONE.

rum, est ministerium renovationis inter uiuos, quod ad mortuos non pertinet, quos in hac uita necesse est fuisse per hoc ministerium regeneratos, alioqui de ipsorum salute actum est, de quibus infra copiosius.

Non minus igitur stulte pro mortuis quam pro uiuis fit oblatio, praesertim communis panis, nondum consecrati, qui etsi consecratus esset, tamen defunctis nihil prodeßet.

Idem etiam de Calice sentiendum est, cum ait:

**O**FFERIMVS TIBI DOMINE Calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam, ut in conspectu diuinæ Maiestatis tuæ pro nostra & totius mundi salute, cum odore suauitatis ascendat.

**H**IC V I N V M commune offerunt sine uerbis seu promissione Christi, Hic est Calix noui Testamenti in sanguine meo &c. que tanquam caro et de precipua substantia Sacramenti sunt.

Considerent

## MINORE.

Considerent igitur p[re]i[est]e[m] mentes quanta sit cœritas, impietas & Idolatria in Missis Papisticis, quanta prophanatio e[cclesie]e Dominicæ? Quare non est mirum orbem terrarum confusione religionum, mutationibus Imperiorum, uastationibus, & alijs innumerabilibus malis puniri, sicut 1. Cor. 13. ait Paulus: Propter hoc inter uos multi imbecilles & inualiidi, dormiunt multi &c.

Vide autem porro dementiam Sacrificuli, in prioribus orationibus obtulit panem & uinum pro peccatis & salute totius mundi, ignorans, an istam hostiam & oblationem sit accepturus Deus ( neq[ue] enim iuxta Petri mandatum, 1. Petri 2. In fide offerat spirituales hostias, de quibus certus sit eas esse acceptabiles Deo per Iesum Christum ) Sed posteaquam panem & uinum, pro suis & totius mundi peccatis obtulit, precatur deinde pri-  
mum Deum, ut hec oblatio ipsi placeat,  
sicuti sonat sequens oratione.

G 3

ORATIO

DE CANONE.  
ORATIO.

**I**N SPIRITU HUMILI  
tatris & in animo contrito suscipiamur  
Domine a te, & sic fiat Sacrificium no-  
strum in conspectu tuo hodie, ut placeat  
tibi Domine Deus.

S I A N T E A non placuit, priusquam  
hec oratio fieret, quomodo igitur potest delere pec-  
catae?

Præterea cum antea hostiam obtulerit Deo,  
orat postea, ut Deus hoc Sacrificium benedicere ues-  
tit, quod ipsius sancto nomini sit præparatum, quod  
certe antea quam offerretur benedictum oportuit,  
dici & præparari sacrificium, quod iam ab ipso ob-  
latum est Deo.

Mox petit ut Dominus benedicat incensum  
per intercessionem beati Michaëlis Archangeli &  
omnium electorum. Sed haec de Canone Mis-  
sore breviter tantum attin-  
gere uoluimus.

DE CANO

MAIORE.  
DE CANONE  
MAIORE.

FORMVLA REFORMA<sup>A</sup> Interim  
tionis edit.e, duas pr.cipuas ostendit causas, Augustus  
propter quas censet Canonem in Missa seu Coena nū Anno  
Domini retinendum esse, Prior est diurnitas tem- 1548.  
poris, quo in usu Ecclesie fuit, Altera quod nihil promul-  
sontineat Canon, quod non sit consonum his, que datum.  
a tempore Apostolorum apud Altaris sacrificium,  
supplicata, pronunciata, uel obseruata sunt, Hæc  
enim sunt illius uerba.

Quod igitur ad primum longi temporis usum  
attinet, tantum abest, ut ideo retinendus sit Canon,  
cum tot seculis in usu fuerit, ut hoc malum satis de-  
plorari non possit, tantum errorem tot seculis du-  
rasse, & manifestum sit propter sacrosanctæ cœne  
Dominice prophanationem, ex immensa ira Dei  
tanta coecitate multos percussos, ut hunc errorem  
agnoscere non potuerint.

Iam autem patefacta & rursus accensa luce Consuetudo  
cœlestis doctrine, detecto errori consuetudo & do longa  
longæ uitæ temporis patrocinari non debet, sicuti non debet  
Augustinus præcipit, ueritate manifestata, cedat patrocinia  
G 4 consuetudo. si errari,

## DE CANONE

consuetudo. Et Cyprianus, Nec consuetudo impedi-  
re debet quo minus ueritas praeualeat & uincat.  
Nam consuetudo sine ueritate, uetus erroris est  
propter quod relicto errore sequamur ueritatem. Et  
Tertullianus lib. de uelandis uirginibus, Quodcunq;  
aduersus ueritatem sapit, hoc est, Hæresis etiam uer-  
tus consuetudo.

Pugnare autem hunc Canonem, cum Regula  
fidei & doctrina Christi, præcipue cum loco iusti-  
ficationis, manifestum est, sicuti iam perspicue ostens-  
demus.

4. Reg. Non ideo cultus Idolatricus Aenei Serpentis  
18. retinendus erat, quod ultra annos octingentos in po-  
pulo Israel durauerat, imò eò magis doluit Ezechiae,  
Esaiæ et omnibus pījs, hoc errore tot seculis populum  
fuisse irretitum & contaminatum, quem, ubi luce  
uerbi Dei fuit reuelatus, statim deleri & abrogari  
necessè fuit.

Præterea si ideo quoq; retinendus est Canon,  
quod nihil contineat alienum ab his, quæ à tempore  
Apostolorum apud altaris sacrificium (ut uocant)  
obseruata sunt, Erit uel nomine, quod cum do-  
ctrina & institutione Christi, & traditione Aposto-  
lorum maximè pugnet, primo quoq; tempore abiici-  
endus, sicuti ex sequentibus apparebit.

VERBA

MAIORE.  
VERBA CANONIS  
MAIORIS.

TE IGITVR CLEMEN<sup>T</sup>  
tissime pater, per IESVM CHristum  
filium tuum Dominum nostrum, sup-  
plies rogamus ac petimus, uti accep-  
ta habeas & benedicas, hæc + dona,  
hæc + munera, hæc sancta + sacrificia  
illibata.

PRINCIPIO consydera, id quod etiam su-  
pra in minore Canone monulinus, quid hic  
agat Sacerdos: Adstat ad Altare, & habet pro-  
positum panem & uinum, pro quo pane & uino  
orat, ut Deus Pater per IESVM Christum filium  
suum, uelit primum hunc panem & hoc uinum  
habere acceptum & gratum ( Neq; enim nondum  
additis uerbis consecrationis, aliud quam commu-  
nem panem & uinum in manibus habet Sacerdos )  
Quanta autem stulticia est orare Deum, pro pane  
& uino, ut acceptum habeat non in eos usus oblato,  
ut pauperibus distribuatur, sed ut sit Sacrificium ipsi  
Deo oblatum, cum ipsius sit orbis terre, & pleni-

## DE CANONE.

tudo eius, ut Psal. 50. dicitur. Adparet autem unde  
hic error sit natus.

Origo <sup>et</sup> <sub>Canone</sub> <sub>Maiore.</sub> Fuit enim in primitiva Ecclesia mos multis  
voris in seculis usitatus, ut in Synaxi panes & uinum et alijs  
esculentia afferrentur à ditionibus quasi ad coenam  
communem, quæ Eleemosynæ inter pauperes postea  
distribuebantur, sicuti supra quidam loci ex Irenæo  
& alijs autoribus indicati sunt, & hoc ostendunt,  
C. Omnis Christianus, & c. De nominibus recitans  
dis, de consecratione.

Hæc munera in pauperum usus à pijs oblata,  
minister Ecclesiæ orabat, ut Deo essent grata & ac-  
cepta, & simul eorum, qui ea obtulerant, nomina  
recitabantur.

Talia munera ut accepta sint Deo, recte peti-  
tur, & talia oblata, prælucentie fide, uere sunt gras-  
ta Deo, sicuti Christus Matth. 25. ait: Quodcumq;  
fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fe-  
cistis. Imo Paulus ipse tales Eleemosynas uocat ho-  
stias placentes Deo, Sic enim Philippen. 4. ait: Ha-  
beo omnia & abundo, Repletus sum, acceptis ab  
Epaphroditio quæ misisti, in odorem suavitatis ho-  
stiam acceptam, placenter Deo.

Ab hac

## MAIORE.

Ab hac oblatione munerum in Synaxi, apparet sumptum errorem, sacrificandi panem & uinum ipsi Deo pro Ecclesia, pro peccatis &c. que oblationes à pīs ideo tantum fiebant, ut suam gratitudinem pro perceptis frugibus & alijs beneficijs, Deo testarentur, & ijs pauperes reficerentur, sicuti & supra ostensum est.

At si dicant se non pro pane & uino, sed pro filio Dei orare in cuius corpus & sanguinem panis & uinum sit conuersus, aut certe mox conuertendus (ut ipsi loquuntur) uide hic iterum quantus furor & quanta impietas sit sacrificuli rogantis Deum patrem pro filio suo?

An non blasphemia & irrisio filij & Dei patris est, hominem miserum, peccato, morti, irae Dei & maledictio obnoxium, uelle esse deprecatorem pro filio Dei, ut hunc acceptum & gratum Deus pater habeat, propter quem solum nos miseri peccatores grati & accepti Deo sumus? De quo solo testimonium & uox patris de cœlo sonat: Hic est filius meus dilectus, in quo beneplacitum est mihi, quasi dicat, hic solus est mihi dilectus, & in hoc unico condelector, & si qui sunt, ut sunt filij adoptiui, qui à me diliguntur & mihi accepti sunt, illi propter hunc unigenitum filium meum mihi sunt dilecti & accepti,

Sacrificu-  
li precan-  
tur pro fis-  
cio Dei.

DE CANONE  
accepti, & placent, sicuti Epheſi. 1. ait Paulus, Q[uod] u  
charos nos reddidit in dilecto filio suo.

Hoc igitur Pontifice & intercessore NOBIS opus est, non illi nostra intercessione, & neceſſe est ipsum interpellare pro nobis apud Patrem, ut nos natura filios irae recipiat, & ut simus accepti propter hunc solum Mediatorem.

Aut igitur stulticia est orare pro pane & ui-  
no, ut ista munera non in usus pauperum, sed ipſi  
Deo oblata sint accepta, Aut summa impietas est  
orare pro filio Dei, ut is sit acceptus Deo patri,  
propter quem solum omnes, qui accepti sunt, reci-  
piuntur a patre.

Sequitur in Canone,

ET BENEDICAS.

SECUNDΟ ORAT SAN  
cerdos benedici a Deo Patre, sed quid quoſo bene-  
dicet Deus Pater? Num panem & uinum? Atqui  
illa iam antea a Deo Creatore rerum sunt benedicta,  
Neq[ue] enim quicquam maledictum a Deo creatum  
est, Sed

## M A I O R E.

est, Sed ut Gen, 1. scriptum est, Vidi Deus omnia  
que fecerat, & erant ualde bona. Et detestanda su-  
persticio & Idolatria aduersariorum est, qui Crea-  
turas Dei bonas, & ab ipso Deo iam antea benedi-  
ctas, per abusum uerbi Dei ( quod peccatum con-  
tra secundum præceptum est ) se benedicere affir-  
mant, quales innumerabiles ferè extant benedictio-  
nes execrandæ, casei, ouorum, panis, salis, aquæ,  
frugum, uuarum, uimi, olei, herbarum, auri, thuris,  
& myrræ, candelarum, cinerum, palmarum, ignis,  
agni paschalis, raphani, fabæ, baculi, & peræ pe-  
regrinorum, & nescio quarum rerum omnium.  
Libet autem hic tantum unam atq; alteram subi-  
cere, ut uideat iuuentus, quanta sit stulticia & Idos-  
Latria aduersariorum.

## BENEDICTIO PANIS HAEC EXTATIN

Missali Romæ

no.

**D**OMINE SANCTE PA-  
ter omnipotens eterne Deus, bene + dicere di-  
gnoris hunc panem, tua sanctæ spirituali bene-  
dictione, ut sit omnibus sumentibus salus mentis &  
corporis, atq; contra omnes morbos & uniuersas  
inimicorum.

DE CANONE

inimicorum insidias, tutamen, per Dominum no-  
strum Iesum Christum filium tuum, panem qui de  
cælo descendit, & dat uitam & salutem mun-  
do, & tecum uiuit & regnat Deus, per  
omnia secula seculorum,

A M E N.

SEQVENS ORA-  
TIO EXTAT IN  
Benedictione Auri, &  
Thuris & Myrrhæ,  
in Agenda Mis-  
nensi &c.

CREATOR ET CON-  
scruator humani generis omnis boni dator,  
largitor æternæ salutis, Tu Domine mitte spiritum  
super has creatureas, ut armati uirtute cœlestis de-  
fensionis, qui ex ihs gustauerint, proficiant ad su-  
ludem æternam, AMEN.

Et benedictio Dei Patris + & si + lij + & spis  
ritus San + eti, descendat super has creatureas, &  
maneat semper, ut quicunq; eas gestauerit aut ador-  
auerit

## MAIORE.

leuerit, neq; ignis uoraginem, aut fulguris iustum;  
neq; aquarum illuisionem, neq; pestilentis auræ con-  
sequatur errorem, sed latus, sanus & incolmis  
efficiatur, sit purus & castus in corpore, amaritus  
animus & contritionem peccatorum, illiq; post obi-  
tum Ecclesiastica concedatur sepultura, Amen.

Deploranda est coecitas superstitionum ho-  
minum, quos Sathan sic dementauit, ut sacro sancto  
verbo Dei ad tales magicas execrandas consecra-  
tiones abutantur, & hunc magnum cultum Dei esse  
putent.

Sequentes due extant in Pontificali.

## BENEDICTIO CRVCIS.

SANCTIFICET VR I-  
stud lignum in nomine patris, & filij &  
spiritus & sancti, & benedictio illius ligni, in quo  
membra Saluatoris suspensa sunt, sit in isto ligno,  
ut orantes inclinantesq; se propter Deum ante istam  
crucem, inueniant corporis & animæ sanitas  
tem, Per eundem &c. Hic ligno tri-  
buitur ea uis, que solius  
Dei est &c.

BENE-

DE CANONE.  
BENEDICTIO OLEI  
INFIRMO-  
RVM.

**E**xorciso te immun  
dissime spiritus, omnisq; incursio Satane et  
omne phantasma, in nomine patris, & filii & spiritus  
spiritus & sancti, ut recedas ab hoc olco, ut possit  
effici unctionis spiritualis ad corroborandum tem-  
plum Dei uiui, ut in eo posset spiritus sanctus habi-  
tare per nomen Dei Patris, &c.

Hic putat oleum obsessum à Diabolo, cum  
omnis creatura Dei sit bona &c. Item ex oleo facit  
unctionem spiritualem &c.

Ita plane eodem modo sacerdos orat Deum  
patrem, ut panem & uimum benedicat, cum res à  
Deo conditae à principio rerum sint bona & bens  
dictae, sicuti 1. Tim: 4 inquit Paulus, Omnis crea-  
tura Dei bona est, & nihil rei sciendum quod cum  
gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per  
uerbum Dei & orationem, Quam ipsam sententiam  
aduersarij corruptentes, ad suas benedictiones de-  
borquent,

Neq; enim

## M AIORE.

Neq; enim Paulus de talibus benedictionibus  
creaturarum loquitur, quæ Apostolis ignotæ fue-  
runt, & prorsus impiæ & magicæ sunt, sed de iusu  
creaturarum, Cum enim ait creature sanctificari bona,  
per uerbum & orationem, significat sanctum &  
diuinitus concessum esse usum creaturarum, ijs qui  
uerbo credunt. Fides enim est, quæ purificat corda,  
quæ sanctos & mundos efficit & omnia benedit,  
sicut in precedentibus uerbis ait, Deus creauit cibos  
fidelibus.

Quibus,  
omnes cre-  
aturæ sint

Sunt igitur creature sanctæ & benedictæ,  
non quando per abusum uerbi Dei & per oratio-  
nes Sacerdotum cum signis crucis consecrantur,  
sed cum à fidelibus, credentibus uerbo Dei percis-  
piuntur cum gratiarum actione, nempe hoc modo, quomodo  
ut persona primum sit sancta & benedicta, uide  
licet, quæ credat sibi condonata peccata propter  
mortem filij Dei & propter hunc Mediatorem se be-  
nedici, diligi, recipi, seruari à Deo.

Deinde ut credat & agnoscat hunc mundum  
cum omnibus creaturis non casu ortum, à sed Deo  
conditum, seruari in usus piorum, & ut hec bona  
necessaria ad uitam petat & expectet à Deo, &  
Pro ijs datis Deo gratias agat.

H

Talibus

## DE CANONE

Talibus omnes creature sicut benedictæ &  
sanctificatæ, iuxta dictum Pauli Tit. 1. Omnia  
munda mundis, coinqunatis autem & infidelibus  
nihil est mundum &c.

Quid sit  
benedicere

**B**enedicere itaq; non significat Diuinam quan-  
dam uim ad fugandos diabulos, depellantos  
morbos, pestilitatem & alia mala arcenda, & ad  
commoda uite consecranda, per recitationes uer-  
borum sacrae scripturæ, per orationes & characteri-  
res crucis, quasi de cœlo euocare, deducere &  
creature inserere, sed agnoscere bona spiritualia  
& corporalia dimittit data, ea celebrare, & pro-  
ijs gratias agere Deo.

Ita Christum cœnantem cum discipulis legi-  
mus benedixisse, hoc est, gratias egisse Deo Patri  
&c. Et Euangeliste utroq; uerbo benedicere &  
gratias agere, sine discrimine pro eodem utuntur.  
ut Marci. 14. εὐλογεῖς ἐκκλησίας ἀρτὸν, Et, λαζ  
βωρ τὸ ποτήριον εὐχαριστας ἐδοκεψ &c. Be-  
nedicens frigat panem, & accipiens poculum, gra-  
tias agens, dedit illis.

In sermo:

de Sacra:

Altaris.

Neq; uero in benedictione Sacerdotis, Sed ut  
Augustinus ait: credendum est, quod in uerbis  
Christi

## MAIORE.

Christi. Sacra menta conficiantur. Neq; enim in merito ut idem ait, consecrantis, sed in uerbo efficitur Creatoris, & in uirtute Spiritus sancti. Si enim in merito esset Sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est qui baptizat, ita ipse qui per Spiritum sanctum, hanc uiam efficit carnem, & transit uinum in sanguinem &c. Ita quoq; ipse suum corpus & sanguinem nobis in coena impertit, & distribuit per Sacerdotem ministrum suum.

Neq; propter benedictiones aut characteres istos in coena sua adest Christus, sed propter promissionem suam, Hoc est corpus meum &c. Tum certum est presentem esse Christum, cum iuxta ipsius institutionem, promissionem & praeceptum populus conuenit ad celebrandam sacrosanctam illius coenam & memoriam. Adest enim propter usum, qui fit iuxta illius mandatum, & adest uolens, non tanquam magicis benedictionibus aut characteribus coactus.

Presentia  
Christi in  
Sacramen  
to.

Quare illa inclusio & circumgestatio sacramenti, & oblatio pro mortuis, cum sit extra & contra usum, contra institutionem, & promissionem, Accipite, comedite, &c. mera idolatria est.

Prophana  
tio coena  
Dominic  
coen

## DE CANONE.

Baptismus : Sicuti enim Baptismus, tum est Baptismus quando cum credentes in nomine Patris & filij, & Spiritus Sancti lauantur, non cum aqua Baptismi in aliud usum transfertur, ueluti si quis ideo Baptizaretur, ut a scabie aut lepra mundaretur, aut si ad spectandum aqua baptismi circumgestaretur, aut poneretur in altari ad adorationem, ita & Sacramentum corporis & sanguinis Domini cum circumgestatur, aut pro fœlici prouento frugum circumfertur per agros, aut ad adorationem includitur, aut pro mortuis offertur, quod pro uiuis tantum, ut comedant & bibant, & mortis Domini recordentur, institutum est, non habet rationem Sacramenti.

Quid sunt Sacra menta? Sacra menta enim sunt externa & uisibilis Sacra signa gratiae & presentiae Dei, per quae Deus in credentibus, & Ihs iuxta suam institutionem utentibus, est efficax. Sunt enim certo modo Sacra menta, nempe eo, quem uerba institutionis diuina monstrant, extra aut contra quam institutionem diuinam, si ea, humana autoritate, in aliud usum Sacra transferas, non erunt Sacra menta, non erit ibi praesens quando sens Deus, ut ignis de cœlo delapsus, oblatas hostias depascens, Sacramentum erat Abeli, Heliamenta, & populo credenti, illa munera esse grata & accepta.

## MAIORE.

cepta Deo, Sed אָרוֹר בְּשָׁרַיִם ignis Chaldeorum seu אָזְדִּיּוֹמָחָסֶלְאָ Orim asda, lumen sacrum Persarum, ex ναροζηλίᾳ Patrum, sine mandato diuino inde sumptum, & pro Deo cultum, uere Idola tria fuit, & credo ueram esse historiam quam Iudeorum Rabini de Abraham referunt, qui cum in VR Chaldeorum, Idolatriam colendi ignis receptionem damnaret, coniectum in ignem, diuinitus fuisse liberatum.

Abraham  
ex igni libe-  
ratus.

Circumci-  
sio.

Ante aduentum Christi, circumcisio uere Sacramentum fuit, hoc tempore Iudeorum & Mahos multistarum Circumcisio non est Sacramentum, sed horribilis error.

In templo Hierosolymitano uere aderat praesens Deus, quia ad hoc certa promissione se alligatus, in templo Samarie Garizim montis, non erat nisi Idolatria.

CAETERVM SI DL  
scant se orare patrem coelestem, non ut panem sed ut filium, seu corpus & sanguinem filij sui benedicat, maior erit impietas. Quomodo enim homo peccator petet, ut Deus Pater benedicat, Deum filium.

## DE CANONE.

filium, cum ut Paulus Rom. 9. ait Christus sit super omnia Deus benedictus in secula, & non opus fit illi nostra oratione ut benedicatur a patre, sed nobis & toti humano generi, ut per ipsum benedicatur, ut sonat promissio, Benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae. Et Paulus Ephesios 3. Benedictus Deus & Pater Domini nostri IESV Christi, qui benedixit nos omni benedictione spiritu suo in coelestibus in Christo.

**Corpus Christi benedictum.** Neq; uero etiam petendum est, ut corpus Christi be sanguis Christi, concepti & benedicti a Spiritu sancto, & nati ex sancta Virgine Maria benedicatur.

Est autem ordo inuersus in Canone, primum, petit haberi accepta hæc dona &c. postea benedicti. At certe accepta esse non possunt, nisi prius benedicta & sanctificata, sequitur in Canone.

**I**N PRIMIS QVAE TIBI offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica, quam pacificare, custodire, adiuuare & regere digneris toto orbe terrarum, &c.

Est &c.

## MAIORE.

EST ET Hoc, in his uerbis, impium, quod Oblatio  
pro Ecclesia offerunt panem & uinum, quæ non pro Eccle-  
si oblatione & sanguine filij Dei redimi & sancti-  
ficari potuit, ut Paulus Acto. 20. inquit, & Ephe-

S. Christus semetipsum exposuit pro Ecclesia, ut  
illam sanctificaret.

Quod si dicant se non panem, sed Christum pro  
Ecclesia offerre, contumelia erit in Christum ipsum  
quasi ipsius oblatio pro Ecclesia sanctificanda, non  
sufficerit, nisi ex hec Sacerdotis oblatio accedat,  
cum, ut Episto. ad Hebreos inquit, sanctificati si-  
mus per oblationem corporis I E S V Christi seme-  
peractam, Item, Una oblatione perfectos effecit  
in sempiternum sanctificatos, Quia unica oblatione  
Christi hoc effectum est, ut iam sit parta omnibus  
in ipsum credentibus remissio peccatorum, Vbi  
autem peccatorum remissio, iam non est obo-  
latio pro peccato, de quo in-  
fra dicetur copi-  
ojus.

Ecclesia  
unica ob-  
latione  
Christi  
sanctifi-  
cata.

DE CANONE  
SEQVITVR COMME-  
MORATIO PRO  
uiuis.

**M**EMENTO DOMINE  
famulorum famularumq; tuarum N. &  
omnium circumstantium, quorum tibi fi-  
des cognita est, & nota deuotio, pro qui-  
bus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt  
hoc SACRIFICIVM laudis, PRO SE,  
suisq; omnibus, pro redemptione anima-  
rum suarum, pro spe salutis & incolu-  
tatis suae, tibiq; reddunt uota sua ateno-  
Deo uiuo & uero,

Mos pri-  
mitiue Ec-  
clesiae in **H**AEC ORATIO, QVAM  
hoc ant Commemorationem pro uiuis unde  
commemoro sit sumpta, facile apparet, nempe à primitiue Ec-  
clesiae more, ubi eorum nomina, qui oblationes pa-  
ro uiuis. nis, uini & aliarum rerum ad aras obtulissent, plus  
blice recitabantur, & Deo commendabantur.

Hoc uero more offerendi munera ad aram  
seu mens

## MAIORE.

Seu mensam Domini intermisso & abolito, remansit tamen in Ecclesia oratio, qua Deo commendabantur, tum talia munera, tum homines ipsi, qui illa obtulissent, quam uidemus postea per homines ignaros ueteris ritus & uerae religionis, admodum corruptam & depravatam.

Dicit enim Sacerdos, se offerre pro illis, cum prorsus nihil habeat quod offerat. Nam in primis Ecclesia Sacerdos oblata munera ad aram ut ip, ut Dionysius refert, in conspectum tollebat seu offerebat, & ut in Missa Græca Basilij refertur, addebat hæc præcatio:

**R**E C O R D A R E DOMI  
ne eorum, qui tibi hæc dona attulerunt, & pro quibus, & per quos, & propter quos ista attulerunt.

Memento Domine eorum, qui in sancta tua Ecclesia frugiferi sunt, & bona opera faciunt, & eorum, qui recordantur pauperum, Retribue eis opulenta & coelestia dona. Dona eis coelestia pro terrenis, æterna pro temporalibus, incorruptibilia pro corruptilibus.

H 5

At hoc.

## DE CANONE.

At hoc tempore in Ecclesia circa ceremoniam  
prenae Domini remansit sine muneribus, sola oratio,  
ea quidem, ut dictum est, corrupta.

Vel qui tibi offerunt,

**H**AEC correctio hic addita, manifeste ostendit  
Hnostram sententiam esse ueram. Dicit enim  
Sacerdos non solum se illorum nomine Deo haec mu-  
nera in usus pauperum, sed & ipsos simul offerre.  
Et uocat has Eleemosynas seu oblationes, sacrificio-  
rum laudis, ideo, quod talibus muneribus suam gra-  
titudinem erga Deum testabantur offerentes, De-  
um celebrabant & laudabant, qui & corporalia &  
coelestia bona hominibus daret, sicut & Paulus  
Philipp. 4. tales Eleemosynas hostias acceptas, pla-  
centes Deo uocat. Sed hoc tempore haec precatio  
sine rebus oblatis inanis sonus est.

**P**RO SE SVISQVE OM-  
nibus, pro Redemptione anima-  
rum suarum, pro spe salutis & incolu-  
ritatis sua.

Satis

MAIORE.

SATIS APPARET AV-

Stores huius Canonis, multa ex Missa Chrysostomi, Basiliij & alijs Græcis sumptissime, & illis plurima sine aliquo iudicio attexta esse, Nam hec uerba non sunt addita ei orationi, que in Basiliij Missa pro offerentibus munera ad aram, recitatur, que supra indicata sunt.

Quare ista uerba, Pro se, suisq; omnibus, pro Redemptione animarum sua-  
rum &c. ab homine stulto & insano adiecta,  
quis non uidet? Non illi offerebant panes & ui-  
num & cetera ad aram, ut hoc Sacrificio, redi-  
mcent animas suas, quas credebant & sciebant, unus  
to & eterno sacrificio Christi redemptas, quod <sup>Sacrificiū</sup>  
unicum Sacrificium propiciatorium est, sed ut <sup>in</sup> <sup>aliud</sup> <sup>Eu</sup> <sup>X</sup> <sup>op</sup>  
<sup>Eu</sup> <sup>X</sup> <sup>op</sup> laudis & gratiarum actionis pro illo summo  
& eterno Christi Sacrificio, & pro ceteris bene-  
ficijs Deo offerrent, ut sonant hic uerba Canonis:  
Vel qui tibi offerunt, hoc Sacrificium  
laudis, non placationis aut propitiationis.

Verum huius Canonis autores, homines sine  
mente & alieni à uera doctrina Christi, Sacrificia  
<sup>Eu</sup> <sup>X</sup> <sup>op</sup> laudis & gratiarum actionis, transfor-  
mant cum ignominia Christi, in Sacrificium propici-  
atorium, pro peccatis, pro Redemptione  
animatorum

## DE CANONE.

animarum. Sentiunt enim sicuti Canon hic sonat, hoc opere Sacrificuli expiari peccata, & redimi animas ex purgatorio.

Interim  
Augustas  
num secū  
dissentit.

**C**AETERUM hoc loco monendum est, Formulam Reformationis secum aperte dissentire. Afirmat ex uerbis Chrysostomi, in Missa Christum sub mysterio & modo incruento & impassibili offerri, non ut peccatorum remissionem & animarum nostrarum salutem iam primum promeremur, sed ut Passionis Dominicæ memoriam recolentes, Deo gratias agamus pro salute nobis in cruce impetrata, & ibi promeritam peccatorum remissionem & redemptionem, fide & deuotione nobis adplices mus & adpropriemus.

Hic negant se pro remissione peccatorum & pro Redemptione animarum suarum, Christum offerre, Atqui Canon claris uerbis hoc affirmat, Veritat autem Reformatio quicquam mutari, in Canone, Ergo aut Canon, aut haec Chrysostomi sententia, quam tamen Reformatio amplectitur, damnanda ac reiicienda est.

Et cum liber nolit aliquid mutari in Canone manifestum est ipsum hunc tetrum, & in Christum blasphemum.

## MAIORE.

blasphemum errorem adprobare & stabilire, & Missas, quas liber confirmat, non esse oblationes rememoratiuas (ut uocant) sed (ut sonant uerba Canonis) oblationes pro peccatis & redemptione animarum.

Fingant hic quam uelint glossam, tamen claram est, Canonem de redēptione animarum, non de sacrificio recordatiuo loqui.

Attexunt autem Autores Reformationis hanc interpretationem, Ideo fieri hoc Sacrificium, ut per memoriā & meritū passionis Christi, patrem pro reconciliatione nostri, & peccatorum remissione, & animarum nostrarum salute, proq[ue] corporum ac rerum nostrarum incolamitate deprecemur, sed Canon non meminit talis deprecationis, uerum affirmat simpliciter se offerre hoc Sacrificium laudis pro redēptione animarum, & in eum finem Missas tot secutis à Sacrificiis celebratas, & adhuc celebrari & de applicatione per fidem, de qua iam noui Missæ assertores loquuntur, Sacrificulos prorsus nihil scire neq[ue] intelligere, sed eos simpliciter hoc cogitare & uelle, quod hoc opere suæ oblationis, anime redimantur ex purgatorio, certissimum est.

Hæc enim sunt uerba Secretæ in Missa pro omnibus defunctis.

Propriæ

DE CANONE.

**P**ROPITIARE QVAE  
sumus Domine animabus famu-  
lorum familiarumq; tuarum, pro quibus  
tibi hostias placationis offerimus, & quia  
in hac luce in fide manserunt catholica, in  
futura vita, cuius retributio condonetur  
æterna.

Vocat ho-  
stias non  
laudis aut  
gratiarū  
actionis,  
sed placas-  
tionis.

Præterea quod per has oblationes uelint  
delere peccata, testatur hæc Secreta que ibidem  
extat.

**A**NNVE NOBIS DOMI-  
ne, ut animabus familiarum fa-  
miliarumq; tuarum hæc proficit oblatio,  
quam imolando, totius mundi tribuisti  
relaxari delicta.

Missas fru-  
stra fieri. Missa est Sacrificium recordatiuum, quo (ut ipsius  
pro defunctis uerbis utemur) Christum impassibili & incruento  
modo sistimus patri, non ut remissionem peccator-  
um & redemptionem de nouo mereamur. Sed in  
cruce meritam, fide & deuotione nobis adplice-  
mus, sequitur irrefragabiliter, Missarum oblationes

Præterea si (ut nunc pars aduersa docet)  
Missa est Sacrificium recordatiuum, quo (ut ipsius  
modo sistimus patri, non ut remissionem peccator-  
um & redemptionem de nouo mereamur. Sed in  
cruce meritam, fide & deuotione nobis adplice-  
mus, sequitur irrefragabiliter, Missarum oblationes  
frustra

## M A I O R E.

frustra pro defunctis fieri, Cum illi hoc sacrificium  
fide & devotione sibi applicare non possint.

Neq; enim alterius fide aut opere, sed propria  
fide, usus & fructus Sacramenti applicatur, iuxta Sicuti  
illud: Iustus ex fide SV A uiuet. Sicuti enim nemo nemp pro  
(ut recte Augustanus liber inquit) pro alio baptis  
zari, ita nec Sacramentum sumere utiliter potest. alio baptis  
Quare oblationes, que in Missa pro defunctis fi- zari, ita  
unt, prorsus sunt irritae, Ideo manifestum est li- nec Sacra  
brum Augustanum alio loco improbare Canonem, mentum  
alio probare. sumere po-  
test.)

Pingant & uestiant hanc suam statuam quibus  
velint coloribus aduersarij, tamen fucus depre-  
henditur, & ueritas eminet. Aurei & ferpes  
Eua memoria digni Euripidis  
uersus sunt:

Ατλάς δέ μυθος τῆς ἀληθείας ἐφυ-  
κουστοικίλωρ μέτ' αὐδίχερτινεκάτωρ  
ἔχει πράντα καιέομ, δέ εἰδικός λόγος  
ποσῶμαν ὄντα, φασιλεκώρ μέτοι σοφῶρες

ORIGO

DE CANONE.  
ORIGO ERRORIS SA-  
CRIFICANDI PRO  
defunctis.

**H**IC VERO ERROR IN  
Missa sacrificandi pro defunctis inde ortus est.  
Fuit in primitiva Ecclesia & tempore Cypriani  
mos, sicut ex ipsis scriptis apparet, ut tum cum  
funera celebrarentur, haberetur coena Domini, &  
uariarum rerum, uidelicet panis & uini, & ceterarum  
in usus pauperum, fierent oblationes, & ut  
piorum precibus Christo commendarentur defuncti.

Hoc dicebatur Sacrificium seu oblatio pro defunctis, scilicet non ideo, ut per hoc animæ redimerentur ex purgatorio, sed erat ceremonia, quæ commonebat aceret homines suæ fragilitatis & resurrectionis mortuorum, & extat Canon. Si quando funus ducentum sit à prandio, ne sacra coena est Aliud coe\* lebretur, sed simpliciter fiant oblationes. Ab hoc sacra, ritu error sacrificandi pro mortuis, pro ipsorum aliud ob\* animabus redimendis ex Purgatorio, originem sumat. psit.

Porro hic iterum considerandum est, quis  
sacerdos offerat. Atqui certum est cum aut panem  
aut uinum

## MAIORE

aut uinum aut Christum offerre, si dicant se panem offerre, ingens dementia est, panem & uinum offerri pro peccatis, & redemptione animarum, & reuera quia uerba consecrationis, seu promissio domini, Hoc est corpus meum &c. nondum accesserunt nihil aliud quam communem panem & uinum offerunt.

Sed si dicant se Christum offerre, Atqui illae tam antea in atra crucis pro peccatis nostris & redemptione animarum nostrarum se Deo patri obtulit semel, & erit blasphemia in Christum, affirmare peccata per ipsum non expiata, nisi hoc opus & haec oblationis sacerdotis accedat.

Pugnant igitur haec Canonis uerba cum articulo iustificationis, qui docet nos gratis propter Christum sine nostris aut aliorum meritis siue operibus, et propter illius solius sacrificium & oblationem recipi, & salvare.

SEQV

DE CANONE  
SEQVITVR IN  
CANONE A-  
CTIOVT  
uocant.

COMMUNICANTES,  
& memoriam uenerantes, in primis  
gloriosæ semperq; virginis Mariæ, genitrix  
Dei & Domini nostri IESV Christi.  
Sed & Beatorum Apostolorum ac  
Martyrum tuorum, Petri & Pauli, Andreæ, Iocobi, Iahannis, Thomæ, Iacobi  
Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simoni,  
& Thadei, Lini, Cleti, Clementis,  
Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Iohannis & Pauli, Cosmæ & Damiani,  
& omnium Sanctorum tuorum  
quorum meritis precibusq; concedas, ut  
in omnibus protectionis tute muniamur  
auxilio &c.

HAEC TERTIA CANO  
NIS pars, & Gracis sumpta est, Sed ibi in  
fine hæc

## MAIORE

Siue hec tantum verba adduntur  $\Sigma p$   $\tau\alpha\iota\sigma$   $\iota\kappa\sigma\iota\alpha\iota\alpha\iota$   
Entickeat  $\mu\alpha\iota\sigma$  o  $\Delta e\delta\epsilon$ , Quorum precibus prote-  
ge nos Deus, neq; enim dubium est sanctos orare  
pro nobis, sed inde non sequitur, ideo esse inuocan-  
dos. At hic petitur, ut Sanctorum meritis ac pre-  
cibus protegamur, Extat & alia in Basilij Missa  
similis oratio pro unitate & communione Ecclesie,  
qua $\neq$  minus habet uitij, qua $\neq$  sequitur.

**D**RECAMVR VT VNL  
Pas nos omnes participantes ex  
uno pane & poculo, in unius Spiritus  
sancti communionem, & ne quem no-  
strum in iudicium aut condemnationem  
facias participare sanctum corpus & san-  
guinem Christi tui, ut inueniamus mise-  
ricordiam & gratiam cum omnibus San-  
ctis, qui tibi a seculo placuerunt, Propa-  
tribus, Patribus, Patriarchis, Prophetis,  
Apostolis, Praeconibus, Evangelistis,  
Martyribus, Confessoribus, Doctoribus,  
& omni spiritu iusto in fide $\beta$  perfecto.

HIC N V L L A inuocatio Sanctorum est.  
I 2. sed cum

## DE CANONE.

sed cum una sit Ecclesia uiorum, & eorum qui in fide Christi obdormierunt, petitur primum, ne qua distractio aut dissensio fiat, sed sicut cum omnibus sanctis unum corpus Christi sumus, ita quoque communio unitatis Spiritus seruetur &c. Deinde ut Sancti qui in Christo obdormierunt, misericordiam sunt consecuti, ita & nos consequamur.

**Quatuor** Hæc oratio tollerabilis est, neq; enim habet uitia in a<sup>s</sup> quicquam superstitionis, Sed illa quæ in nostro C<sup>a</sup>ōtione C<sup>a</sup>ō none est, quatuor precipua habet uitia, Quorum primum est, quod cum Christus suam coenam ad hos instituerit, ut sit communio inter uiuos, ut uerba institutionis sonant, Accipite, Comedite, Bibite, &c. Hæc communio per hanc precationem transfertus ad sanctos mortuos.

**Cœna Do  
mini insti  
tuta, ut sit  
commu  
nio inter  
uiuos.**

Nam quanquam uerum sit, unam esse Ecclesiā Christi, sanctorum qui adhuc uiuunt, & eorum qui ad Christum ex hac uita euocati sunt, tamen ex uerbis institutionis Christi manifestissimum est, eam Dominicā à Christo ideo institutam, ut sit communio inter uiuos, qui ipsius corpus comedant & sanguinem ipsius bibant, ut hec cœna communio, in hac uita sit quasi corporalis & uisibilis communio, ad quam tamen Spiritum & fidem accederē

## MAIORE.

cedere necesse est. Neq; enim negamus sanctos  
mortuos esse Christi membra, & contineri in illo  
articulo Symboli, Credo Sanctorum communionem,  
Sed sancti mortui dum uiuebant, comedebant corpus,  
& bibeant sanguinem Christi, Nunc uero cum  
fruantur consuetudine Dei, non opus habent, am-  
plius illa communione corporali & uisibili.

Secundum uitium est, quod cum Christus hanc  
coenam in sui commemorationem instituerit, ut per  
memoriam sue passionis, mortis & resurrectionis,  
ipsum cum omnibus suis beneficijs alte nostris ani-  
mis infigamus, & semper hanc uictimam pro nos-  
bis oblatam, in conspectu habeamus, Hic memoria  
Sanctorum celebratur, qua memoria Christi obscue-  
ratur & deletur.

Tertium quod Sanctorum merita hic iactantur,  
quibus merita Christi extenuantur.

Quartum, quod Sanctorum mortuorum in-  
vocatio hoc loco stabilitur, & petitur, ut ex ipso  
sorum meritis & precibus muniamur auxilio diuino,  
Quo cultu & invocatione Sanctorum mortua-  
rum hoc effectum est, ut plus illorum quam ipsius

## DE CANONE.

Christi meritis & intercessioni tribueretur & conser-  
fiderent homines.

**Merita Sanctorū qualia.** Sint sane aliqua merita Sanctorum, sed tamen ad expiationem peccatorum, ad iusticiam & uitam eternam promerendam, illa accommodare ut uel ipsi illis profuerint, aut alijs profint, impietas & blasphemia in merita Christi est, qui unicus mediator Dei & hominum, mortuus est propter peccata nostra, & surrexit propter iusticiam nostram.

**Heb. 5.** Ita orent sane sancti pro nobis, tantum illorum precibus non ita ut Christi, nitendum est, qui unus & eternus Pontifex ad dexteram patris sedens semper interpellat pro nobis, huius fiducia accedendum ad thronum gratiae est, & per hunc habemus aditum omnes ad Patrem in uno Spiritu, non propter merita & preces Sanctorum, Hic est scutum & presidium nostrum, Hec gallina nostra, sub custodia tuti sumus. Hunc inuocemus, ut apud Patrem intercedat pro nobis. Facile enim impetratur semper (ut Tertullianus in lib: de Poenitentia ait) quod filius postulat, cuius solius meritis & precibus omnes sanctos saluari necesse est, & hoc patrem & deprecatore sancti ipsi opus habent.

Impietatis

## MAIORE.

Impietas igitur est, fiduciam transferre in nos  
vita & preces Sanctorum, que meritis & precibus  
soli Christi debetur.

Quia igitur per hanc superstitionem precatio-  
nem, que communionem, memoriam, merita &  
preces mortuorum Sanctorum celebrat, uera com-  
munio & usus Sacramenti, ut à Christo institu-  
tus est, & memoria, item merita & interpellat-  
tiones Christi Pontificis obscurantur,  
ideo nullo modo ferenda est.



DE INVO

# DE INVOCATIONE SANCTORVM.

Origo in-  
ocationis  
sanctorum.

**C**AETERVM APPARET  
*hanc pre<sup>c</sup>ationem ex ritu veteris Ecclesie  
sumptam. Nam cum in primitiva Ecclesia magna-  
essent persecutio<sup>n</sup>es piorum, mos fuit, qui etiam in  
nostris Ecclesijs adhuc seruatur, ut pro exilibus  
& captiuis Christianis, & priuatim & publicè in  
Ecclesia, haberentur preces. Ideo Cyprianus, & ipso  
Cyprianus Martyr qui sub Valeriano & Galieno Principibus,  
quando co Anno Christi 260. octava persecutione passus  
ronatus est, de hoc more ad Confessores & Martyres capa-  
Martyrio. tuos ita scribit:*

Et nos quidem (inquit) uestri, diebus & no-  
ctibus, memores, & quando in Sacrificijs precem-  
cum plurimis facimus, & cum in secessu priuatis  
precibus oramus, coronis & laudibus uestris, ple-  
nam Domini fauientiam postulamus. Et haec quidem  
Preces pro uiuis & pro uiuis Martyribus siebant.  
Martyri-  
bus.

*Ceterum cum in confessione Christi Constan-  
tes ex hac uita excessissent, seruabatur mos, ut  
dies ipsorum*

## DE INVOCATIONE "SANCTORVM.

dies ipsorum excessus, & passionis annotaretur, &  
ipsorum nomina in Martyrum Catalogum referren-  
tur, ut singulis annis ipsorum & reliquorum Mar-  
tyrum commemoratio celebrari posset. Habeban-  
tur autem Sanctorum commemorationes, Hoc mo-  
do.

Cum cena Dominica agenda esset, post decan-  
atum Symbolum, et panem ac calicem Altari appos-  
sum, & mutuam pacis salutationem, sequebatur  
postea Sanctorum, qui ex hac uita ad Christum  
tuocati erant, commemoratio, & addita erant in  
Scheda apposita Altari, Martyrum nomina, quæ pu-  
blicè in hoc Sacrificio recitabantur, commemo-  
rantur ipsorum agones & tristia certamina & con-  
stantia in confessione doctrinæ Christi, recitabantur  
singulorum insignia Exempla uirtutum, studium in  
conseruanda & propaganda doctrina cœlesti, ex-  
empla fidei, continentie, patientie, timoris & amo-  
ris Dei & reliquarum uirtutum, & addebatur il-  
lustres exhortationes, quibus populus inuitabatur  
& accendebatur ad similia certamina subeunda, &  
horum fidem, patientiam, constantiam, uite inno-  
centiam sectandam.

Postremò agebantur Deo gratiae, qui ha-  
buerunt Ecclesie, tales Doctores & Confessores

## DE INVOCATIONE

ad stabiliendam doctrinam, ad exempla uirtutum  
et ad cetera Ecclesiae membra confirmanda, dedi-  
set, et simul precabantur Deum, ut et ipsos super-  
stites, simili modo spiritu sancto suo regeret et con-  
firmaret.

Talis commemorationis sanctorum Patrum et  
Martyrum et necessaria et utilis est Ecclesiae, pre-  
sertim talibus temporibus cum persecutionibus pra-  
mitur, qualia tunc erant tempora. Et in huius mo-  
di commemorationibus populus pro gratiarum actio-  
nibus, ad altare in pauperum usus faciebat oblationes,  
nes in comimo ad memoriam sanctorum Martyrum extruc-  
memorati bantur quoque templa et altaria, sepe in iis locis, ubi  
one sancto sepulchra Sanctorum erant, sed non ipsis Sanctis-  
rum Mato Verum Deo.

Martyrum.

Hi cultus, haec oblationes et sacrificia non  
ideo siebant, ut sanctos honore afficerent, et illos  
sibi hoc modo tanquam Patronos et Intercessores  
conciliarent, sed ut hoc cultu, his gratiarum actione-  
bus, laudibus et oblationibus Deus honore affice-  
retur, et ut inde populus eruditetur et confirmaretur  
in confessione doctrine, sicuti dictum est.

Hec ubi acta essent, Sacerdos postea confes-  
erabat

## SANCTORVM.

erabat, & primum ipse communicabat, deinde ca-  
teros omnes ad communionem & participationem  
coenæ Dominicæ cohortabatur, postremo actis gra-  
tijis, imponebatur finis Sacrificio Coenæ Dominicæ.

Hæc communio & commemorationis Sancto-  
rum, non obscurabat nec delebat, communionem &  
commemorationem Christi, sed potius ad eam fre-  
quentandam & celebrandam, populum excitabat,  
neq; illo tempore Sanctorum, sed Christi merita &  
preces, seu intercessiones proponebantur populo  
spectande & considerande, quibus consideret.

**H**ec, que hactenus de ritu veteris Ecclesiæ in  
cultu & commemoratione Sanctorum ad coe-  
nam Domini seruato, diximus, uera esse, testantur  
illa ipsa Sanctorum patrum scripta, que hoc loco  
pro Missa & memoria Sanctorum in Altaris Sacri-  
ficio (ut uocant) habenda, & de eorum intercessio-  
ne, expetenda & Sanctorum iuuocatione, Monas-  
chi autores nouæ Reformationis, uerbum DEI &  
Sanctorum patrum scripta solerentes allegant.  
Monachis  
adulterans  
tes scripta  
Sanctorum

Ac precor omnes pios ut quoties tales ~~was~~ PATER  
vñs yoi uel sacra uel Patrum scripta citant, consydes  
ratio tum præcedentibus tum sequentibus sententij  
& omnibus

## DE INVOCATIONE

Et omnibus circumstantijs, diligenter ea expendant  
tum experientur illa dicta nostram sententiam con-  
firmare, quæ falsarij Monachi & Sacrificuli ad  
eam euertendam allegant, ut ita quod Proverbio di-  
citur, suo se iugulent gladio.

**Dionysius** Sic enim Dionysius (quem Monachi Areopagite vocant, & primo loco in eo libro in Cap. de memoria Sanctorum citant) de Ecclesiastica hierarchia resert.

Enimuero, post pacem illam, Sanctorum nos-  
minum prædicatio, eos præconio attollit, qui pie  
Sancti imi sancteque uixerunt, et ad finem usque, uirtutis uiandi  
tandi non constanter, nusquam ab ea deflectendo, tenuerunt.  
Inuocan. Nos quidem ad eos imitandum beatissimum illorum  
habitum, atque ad diuina appetenda premia prouo-  
cans ac ducens &c. Et mox infra.

Sed et illud sacratus intuere, quod impositis  
Sancto Altari, uenerabilibus signis per quæ Christus  
signatur & sumitur, adest protinus atque incun-  
cta uerba sanctorum descriptio, coniunctionem eorum  
individuam, unionemque cum illo aliissimam & sa-  
cratissimam indicans.

Non docet,

## SANCTORVM.

Non docet Dionysius ut inuocentur Sancti,  
C<sup>o</sup>mpletendum ut eorum precibus & meritis in omnibus diuinæ protectionis auxilio muniamur, &c.  
Sed ideo inquit fieri talem commemorationem ut populus studeat sanctorum fidem, constantiam in confessione, patientiam & ceteras uirtutes imitari &c.

Item Cyprianus lib. 3. Epist. 6. Deniq<sup>ue</sup>, & dies eorum quibus excedunt, annotate, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus &c. Et statim infra, & celebrentur hic nobis oblationes & sacrificia, ob commemorationes eorum, que cito uobiscum Domino prosperante celebrabimus &c.

Idem lib. 4. Epist. 5. Sacrificia pro eis semper ut meministis, offerimus, quoties Martyrum passiones & dies anniversaria commemoratione celebramus.

Sacrificia uocat commemorationes, oblationes, exhortationes, laudes, & gratiarum actiones, & totam illam sacram actionem, qua in honorem Dei, sanctorum nomine, ad coenam Dominicam fiebat, Neq<sup>ue</sup> enim hac de corpore & sanguine Domini intelligenda.

Cyprianus.

Commemoratio sanctorum actionis sui gregata ad coenam Domini ministranda.

## DE INVOCATIONE

intelligenda sunt, sed erat alia actio separata à coena, quae cœnam & communionem præcedebat, ut supra ostensum est.

August :

Augustinus de Ciuitate Dei lib. 8. Cap. 27,

At nunc  
Sancti ad  
uersus par-  
ti sunt dij-  
tutelares.  
Patroni,  
Suffraga-  
tores.

Nec tamen nos ijsdem Martyribus, templa, sacer-  
dotia, sacra & sacrificia constituimus. Quoniam  
non ipsi, sed Deus eorum, nobis est Deus. Honoramus  
sane memorias eorum, tanquam sanctorum honi-  
num Dei, qui usq; ad mortem, suorum corporum;  
pro ueritate certarunt, ut innotesceret uera religio;  
falsis religionibus uictis atq; conuictis. Quod etie-  
am si qui ante a sentiebant, timendo reprimebant.

Obserua  
& consy-  
dera hec  
Augustini  
uerba.

Quis autem audiuit aliquando fidem stan-  
tem Sacerdotem ad Altare, etiam super sanctum  
corpus Martyris ad Dei honorem cultumq; construe-  
ctum, dicere in precibus, Offero tibi Sacrificium  
Petre, uel Paule, uel Cypriane, cum apud eorum  
memorias offeratur DEO, qui eos & homines &  
Martyres fecit, & sanctis suis Angelis coelesti hon-  
ore sociauit, ut ea celebritate, & Deo uero de-  
illorum uictorijs gratias agamus, & nos ad imita-  
tionem talium coronarum atq; palmarum, eodem  
invocato in auxilium, ex eorum memoriæ renouati-  
one adhortemur &c.

Vtinam

## SANCTORVM.

### VITINAM ADVERSA.

rij nostri, Pontifices, Episcopi, Sacerdotes  
& Monachi, & ipsi suis opibus ac viribus potentes,  
& multorum Regum & Principum armis muniti,  
non tam armis & apertis viribus, deinde Sophistica  
& corruptelis doctrina, falsisq; interpretationis  
bus, quam scripture Canonicae, & sanctorum pa-  
trum, quorum Syncerion doctrina est, autoritate no-  
biscum pugnarent, nihil profecto nobis ab illis esset  
periculi, & certo nobis parta esset uictoria, cum ex  
Prophetarum & Apostolorum, tum ipsorum San-  
ctorum Patrum, presertim veterum & eruditorum  
scripta, nobis sine ulla dubitatione, clare & mani-  
feste suffragentur.

Magna est impudentia Monachorum & alios  
rum, qui Augustini testimonium pro stabilienda  
Sanctorum invocatione allegarunt, cum manifestis  
herbis Augustinus contrarium doceat.

Hoc enim tempore Martiribus & alijs San-  
ctis templo & altaria exiuntur, quae Augustinus  
affirmat, non ipsis sanctis, sed Deo constitui. Ne-  
got item sacra & sacrificia Sanctis, sed Deo fieri.  
At nunc non edificant modo Altaria Sanctis, sed  
prositus Ethnicorum more lecternia cum pului-  
nibus, cum exuvijs seu reliquijs Sanctorum con-  
stituuntur.

Idolatria  
cus cul-  
tus sancta  
rum hot-  
tempore  
in Papatu

## DE INVOCATIONE

situuntur, Exornantur eorum imagines uestibus  
holosericis, exuixi includuntur uasis aureis & ar-  
gentis, ornatis gemmis, & putatur diuina quo-  
dam uis, ad pellendos morbos & omnis generis mala  
arcenda, in talibus uel reliquijs uel statuis Sancto-  
rum esse, Vnde stultum uulgaris peculiaria uota al-  
tales statuas facit, fiunt ad ipsas statuas peregrina-  
tiones, adorationes, oblationes, & plus praesidijs in  
sanctis mortuis, uel ipsorum exuvijs uel statuis ani-  
maginibus, quam in Deo ipso ponitur.

Alius colit Rochum pro arcenda peste, Alius  
Nicolaum ne naufragium faciat, Georgium milites  
quasi tutelarem Deum colunt, Antonius medetur  
igni sacro, & infinita est Idolatria.

Deinde non Deo sed ipsis Sanctis fiunt pro-  
pria sacra & sacrificia, Hinc Missæ applican-  
tur Sanctis ad quævis morborum genera pe-  
lenda, ut testatur illa, in Missa  
de Sancto Antonio,

oratio :

DEVS

SANCTORVM.

**D**EVS QVI CONCEDIS Merito s.  
obtentu beati Antonij confessoris Antonij li-  
tui morbidum ignem extingue, & berari à  
membris ægris refrigeria præstari, fac gehennæ  
nos, propitius, ipsius meritis, à gehennæ incendijs.  
incendijs liberatos, integros mente et cor, quod soli  
us Christi  
meritum  
est.  
pore tibi fœliciter in gloria presentari.

DEINDE SEQVI  
TVR TALISSE  
CRETA.

**S**ACRIFICIVM NOSTRVM  
quaesumus Domine benignus in-  
tende, quo sicuti Beati Antonij preci-  
bus, cruciatus temporales sanare non des-  
sistis, ita crui misericorditer impetremus  
ab æternis.

**I**NDE fuit Missæ et Sacrificia in honore  
Marie Virginis, Apostolorum, Mariyrum, Con-  
fessorum, Virginum &c.

Que supersticio ostendit non Deum Sanctos

## DE INVOCATIONE

sciuuntur, Exornantur eorum imagines uestibus  
holosericis, exuiae includuntur uasis aureis & ar-  
gentis, ornatis gemmis, Et putatur diuina que-  
dam uis, ad pellendos morbos & omnis generis mala  
arcenda, in talibus uel reliquijs uel statuis Sanctorum  
esse. Vnde stultum uulgaris peculiaria uota al-  
tales statuas facit, fiunt ad ipsas statuas peregrina-  
tiones, adorationes, oblationes, et plus presidijs in  
sanctis mortuis, uel ipsorum exuuijs uel statuis anti-  
imaginibus, quam in Deo ipso ponitur.

Alius colit Rochum pro arcenda peste, Alius  
Nicolaum ne naufragium faciat, Georgium milites  
quasi tutelarem Deum colunt, Antonius medetur  
igni sacro, Et infinita est Idolatria.

Deinde non Deo sed ipsis Sanctis fiunt pro-  
pria sacra & Sacrificia, Hinc Missa applican-  
tur Sanctis ad queuis morborum genera pe-  
lenda, ut testatur illa, in Missa  
de Sancto Antonio,  
eratio :

DEVS

SANCTORVM.

**D**EVS QVI CONCEDIS Merito s.  
obtentu beati Antonij confessoris Antonij li-  
tui morbidum ignem extingue, & berari à  
membris ægris refrigeria præstari, fac gehennæ  
nos, propitius, ipsius meritis, à gehennæ incendijs.  
incendijs liberatos, integros mente et cor= quod soli  
pore tibi fœliciter in gloria presentari. us Christi  
meritum  
est.

DEINDE SEQVL  
TVR TALISSE  
CRETA.

**S**A CRIFICIVM NOSTRVM  
Quæsumus Domine benignus in-  
tende, quo sicuti Beati Antonij preci-  
bus, cruciatus temporales sanare non des-  
finis, ita crui misericorditer impetremus  
ab æternis.

**I**NDE sunt Missæ & Sacrificia in honore  
Marie Virginis, Apostolorum, Martyrum, Cons-  
fessorum, Virginum &c.

Quæ supersticio ostendit non Deum Sanctos

## DE INVOCATIONE

Sancti co- rum ( inquit Augustinus hoc loco ) nobis esse Deum, luntur pro sed Sanctos ipsos, Vnde singuli singulos Sanctos habent, & colunt Patronos & quasi tutelares Deos.

Praterea hoc loco ait Augustinus, ideo honorari memorias Sanctorum, quod usq; ad mortem certarint pro ueritate, ut innotesceret, propagaretur & conseruare uera religio, falsis religiosis nictis atq; conuictis.

Sed nunc per hunc cultum sanctorum, qui iam restituitur, mendacium pro ueritate proponitur,

Cultus atq; hoc ideo, ut abolita & sepulta uera religione, Sanctorum falsa & Idolatrica, contra scripta Prophetica & mendaci Apostolica, ad questum faciendum, rursus instauratur.

Sacrificia Negat item Augustinus offerri sacrificia Sanctorum Sanctorum, etis, Sacrificia autem intelligit non corpus & sanguinem Christi, sed preces & invocationes, Item, Deo offerat Orationes pro Ecclesia, que est corpus Christi, quod ita offertur Deo ut petatur sanctificari, regi, custodiendi & defendi a Deo. Sicut in loco iam mox citando inquit, Deo quippe non ipsis Sanctis sacrificat sacerdos. Ipsum uero Sacrificium corpus Christi est, quod non offertur Sanctis, quia hoc sunt & ipsi.

Item

## SANCTORVM.

Item alibi, Sancti nolunt nos sibi sacrificare,  
cuius & ipsi nobiscum sacrificium se esse nouerunt.  
Cum ipsis enim sumus una ciuitas Dei.

Ita & Tertullianus in Apologetico uocat pre-  
ces, oblationes & sacrificia, Offero Deo (inquit) Oblatio  
optimam & maiorem Hostiam, quam ipse manda-  
uit, Orationem de carne pudica, de animo innocens sint.  
ti, de Spiritu sancto profectam &c.

Item ad Scapulam, Sacrificamus pro salute Im-  
peratoris, sed Deo, nostro & ipsius, sed quo modo  
præcipit Deus, pura prece.

Dicit igitur Augustinus in sententia supra ci-  
tata, Quis audiuit Sacerdotem dicere in precibus,  
Offerro tibi Sacrificium uel Petre, uel Paule, uel Cy-  
priane? At nunc in Litanijs publice talia sacrificia  
invocationis Sanctorum fuent, ubi tales uoces sonant,  
Sancte Petre, Ora pro nobis, Sancte Paule, Ora  
pro nobis &c.

Etsi enim concedi posset sanctos orare pro nos-  
bis, tamen invocatio que soli Deo debetur, non est  
præstanda sanctis mortuis sicuti infra dicitur. Ideo  
etiam hoc loco <sup>dit, cur memoriae sanctorum</sup> cum ostendit, Nos agimus gra-  
tias Deo  
celebremus, subiicit Aug. K. 2

Inuocatio  
Sanctorum  
in Lita-  
nijs.

## DE INVOCATIONE

Deum, tias Deo pro ipsorum uictorijs, & DEO inquit, non  
non Sans Sanctis INVOCATO in auxilium, adhortamur  
eos inuocare nos, ex eorum memorie renouatione, ad imitatio-  
care docet nem talium Coronarum &c.

August.

Ita prorsus hæc sententia Augustini, quam ad  
confirmandam memoriam & inuocationem Sanctoro-  
rum aduersarij citant, cum illo cultu & commemo-  
ratione superstitiosa, que in Canone est, & alioqui  
etiam seruatur, pugnat.

Allegant & eundem de Civita. Dei lib. 22.  
Cap. 10. qui locus non minus contra ipsos & pro  
nobis est, Et obseruabis precipue quod manifestis uer-  
bis hic inuocationem Sanctorum improbat. Sic uero  
ait:

Nos Martyribus nostris non templa sicut dijs,  
sed memorias sicut hominibus mortuis, quoram  
apud Deum uiuunt Spiritus, fabricamus, nec ibi  
erigimus Altaria, in quibus sacrificemus Martyri-  
bus, sed uni Deo & Martyrum & nostro, sacri-  
ficium imolamus, ad quod Sacrificium, sicut homi-  
nes Dei, qui mundum in eius confessione uicerunt  
suo loco & ordine nominantur, Non tamen à  
Sacerdote qui Sacrificat, inuocantur,  
Deo quippe non ipsis sacrificat, quamvis in  
memoria

Orationē  
pro Eccles-  
ia que est  
corpus  
Christi,  
& que  
Deo.

## SANCTORVM.

memoria sacrificet eorum, quia Dei Sacerdos est, Deo in opere non illorum. Ipsum uero Sacrificium, corpus est ratione officii Christi, quod non offeritur ipsis, quia hoc sunt et fertur, uocat Sacris ficium.

Citatur et locus Augustini ex lib. 2, Cap. 2, contra Faustum Manicheum, qui et ipsa nostram sententiam confirmat. Populus Christianus (inquit) memorias Martyrum religiosa solennitate concelebrat, et ad excitandam imitationem, et ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur, ita tamen, ut nulli Martyrum, sed ipsis DEO Martyrum, quamvis in memorias Martyrum Dei constituantur Altaria.

Quis enim Antistitum in locis Sanctorum coram Sancti porum, assistens Altari aliquando dixit, Offerimus mortui, tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane. Colimus ergo coluntur Martires, eo cultu dilectionis et societatis, quo et ut Sancti in hac uita coluntur sancti homines Dei et c.

De Martyrum memoria et cultu egregius Locus est apud Eusebium Cesariensem lib. Historia Ecclesiastica, Capite 15, quem hic adscribam.

DE INVOCATIONE.

Cultus  
Sanctorū  
in primis  
tiua; Ecs  
clesia, An  
no à Chri  
sto nato,  
162.

INSTIGABATVR NICE  
tas Herodis Pater, adire Iudicem,  
& petere ab eo, ne humandum conce  
deret corpus Polycarpi, ne forte, in  
quit, relinquentes illum, qui crucifixus  
est, Christiani, hunc colere incipient,  
Iudeis ista maxime machinantibus, qui  
& nostros intentis oculis obseruarunt,  
ne eum è flammis ardentibus raperent,  
ignorantes miserrimi, quia neq; Chri  
stum possumus aliquando derelinque  
re, qui mortem pro totius mundi sa  
lute sustinuit, neq; alium quenquam  
bus eolen colere, quoniam uerum Deum, & qui so  
lus colendus sit, nouerimus.

Martyres uero tanquam discipulos  
Domini diligamus & ueneremur, qua  
si integrè fidem Magistro seruantes &  
Domino, quorum nos quoq; in fide &  
perseuerantia charitatis optamus esse par  
ticipes.

S A N C T O R U M .

Vbi tamen uidit Centurio tam ob-  
stinatam Iudeorum contentionem, pos-  
simum in medio ipsum corpus exussit, &  
ita nos postmodum ambusta ossa, pre-  
ciosissimis gemmis chariora, & omni au-  
to probabiliora per ignem facta, collegia-  
mus, ac ( sicut conueniebat ) ex more  
condidimus. Quo in loco etiam nunc,  
præstante Domino, solennes agimus ces. Qui fuer-  
lebresq; conuentus, Maxime quidem in rit cultus  
die passionis eius, Sed & cum eorum mes Sanctorū  
morias, qui prius passi fuerant, celebras in primiti-  
bus, ut sequentium animi, ad præcessorua Eccles-  
rum viam exemplis insignibus susciten- sia, & cur-  
tur &c. fuerit in-  
stitutus.

Gesta hec sunt post annum Domini 162.  
Apparet autem ex hac Epistola Ecclesiæ Smyrnensis  
quam Eusebius suo operi inseruit, qui cultus sancto-  
rum eo tempore fuerint.

Negant se Christum posse derelinquere, &  
eius loco alium colere, Quoniam, inquiunt, Ve-  
rum Deum, & qui solus colendus est, nouimus. Ma-  
rtyres vero se tanquam discipulos Domini diligere

## DE INVOCATIONE.

Et uenerari, et eorum memorias celebrare non ut eos inuocent, aut ipsorum meritis et intercessionibus iuuentur, sed ut sequentium animi, ad praecessorum uiam exemplis insignibus suscitentur.

Deinde ostendunt se reliquias Polycarpi ex ipius cineribus, non ideo collegisse, sicuti nunc sit, ut in Altaribus populo proponantur effectandae et adorandae, sed aiunt ex more condidisse.

Ab hoc ritu primitiæ Ecclesiæ colendi sanctos, quam longe recesserit sequens et nostri temporis Ecclesia, satis appareat.

Vt autem in cæteris erroribus defendendis magna est pertinacia aduersariorum, ita et in inuocatione Sanctorum. Ostendemus igitur hoc loco cur sanctorum mortuorum inuocatio, ut impia sit reiicienda.

## CVR SANCTI NON SINT IN- VOCANDI.

Ratio

SANCTORVM.

## RATIO PRIMA

### INVOCATIO REI INVITR

*sibilis, est talis cultus seu tale opus, quod ei rei tribuit omnipotentiam, quod motus & gemitus humanae cordium audire, & ex presentibus ac futuris, corporalibus & spiritualibus, temporalibus ac eternis malis seruare, & liberare possit.*

Ratio prima ex definitione invocatio nis sum ta.

*Solus autem Deus est omnipotens, & scrutator cordium ac rerum, Et solus dat presentis uel eternae uite bona uel mala.*

*Ergo invocatio soli Deo tribuenda est iuxta illud, Gloriam meam alteri non dabo.*

*Qui igitur Sanctos mortuos & absentes invocant, tribuunt eis hunc honorem, quod gemitus cordium nostrorum cognoscere & exaudire, & bona corporis & animae, nobis donare possint, qui honor soli Deo omnipotenti debetur. Et manifestum est ideo invocari & coli ab aduersariis Sanctos mortuos, ideo extrui eis aras, templa, ornari ipsorum statuas & imagines, ideo eos ad ipsas statuas & imagines adorantes procumbere, quod ab ipsis salutem & corporis & animae sibi pollicentur.*

CVR SANCTI NON SINT

Hinc Apollonia, ut dentium, Otilia, ut Oculorum  
doloribus medicatur, colitur, & sic ordine alijs.

Interim  
Augustas  
Dum.

Sed autores libri Augustani hunc suum error  
rem hoc colore pingunt: Quod ad exaudiendos ges  
mitus cordium attinet, dicunt, Non dubitamus quis  
ei, qui potest omnia, facile sit efficere, siue per An  
gelorum ministeria, siue alia sibi placita ratione,  
quia, ut nostras petitiones Sancti resciscant. ¶  
utiq; hoc præstat, ut Angeli peccatoris conuerzionem  
cognoscentes in coelo, gaudio exultent &c.

Dicunt se non dubitare, Quid autem si sint  
quid dubitent, utrum Sancti nostra uota & gemitus  
resciscant & audiant? Qui ratione hoc ostendit?  
Testimonijs certe sacræ scripture hoc prop  
bare non poterunt, Nam si potuissent, haud dubie  
adduxissent in hoc libro, quem tanti fieri uolunt,  
ut qui huic assentiri nolint, eos exilijs & carceribus  
muletent & puniant.

Primum itaq; iuxta Hieronymi dictum ad hoc  
respondemus, Qnod de scripturis autoritatem non  
habet, eadem facilitate contemnitur, qua probra  
SNT

*Dante*

## INVOCANDI.

Deinde quod ad Angelorum ministeria attinet, certum est eos, ut Epistola ad Hæb. Cap. 1, ait, nobis hos administratorios spiritus ideo esse & Deo adiunctos, ut in illis nobis ministrent & seruiant, quæ ad salutem nostram pertinent, qui cœlestes spiritus ita à Deo sunt conditi, ut quanquam nobis, ut ministri adsint, ad hoc à Deo ordinati, nihilominus tamen ex Deo seruiunt, cuius faciem adsiduo contuentur, Quæ sententia non aliquod dubium, sed certum testimonium ipsius CHRISTI Matth. 18. habet ubi ait: Angeli eorum in cœlis uident faciem patris mei qui in cœlis est.

Quare cum Angeli hic etiam in terris sint nostri ministri & spectatores omnium actionum nostrarum, non mirum est eos nostra conuersione exultare, aut ex inobedientia nostra tristiciam capere. Et stulta argumentatio est, Angeli in cœlo cognoscentes peccatoris conuersionem exultant, Ergo & sancti cognoscunt nostrorum cordum genitus.

Nam de Angelis testatur scriptura, ut dictum est, quod hic adsint nobis, & tamen simul uideant semper faciem cœlestis patris. De mortuis sanctis tale testimonium scripture nullum est. Item paenitentiam agentes uident & inde letantur, sed Anagelos

## CVR SANCTI NON SINT

Solus Deus  
scruta-  
tor cordis  
um inuo-  
randus.

gelos cordium nostrorum gemitus et uota noſſe, nulla scriptura est que hoc affirmat, Solus enim Deus est ιαροδιογρώσης, sicuti Hierc. 37. scriptum est, Prauum est cor hominis, et inscrutabile, Quis cognoscet illud, Ego Dominus scrutans cor et probans renes, 3. Reg. 8. Tu nosti SOLVS cor omnium filiorum hominum.

Deinde quod fingunt, se non dubitare quis Deus efficere possit, ut per Angelorum ministeria Sancti nostras petitiones resciscant, Respondeo, Potest quidem hoc Deus, sicuti omnia, Vtrum autem hoc faciat adhuc in dubio manet.

De hoc quidem extant certa testimonia, Angelos missos qui testarentur a DEO exauditas preces piorum, ut Danielis 9. et 30. Lucæ 1. inquit Angelus, Ne timeas Zacharia, audita enim est de precatio tua.

Sancti is-  
gnorant ea que hic  
geruntur,

Quinimodo Augustinus negat sanctos scire ea que hic geruntur, tantum abest ut preces, motus ac gemitus cordium nostrorum, illis noti esse possint, geruntur, sic enim inquit in libro de cura pro mortuis gerenda.

Fatendum est nescire quidem mortuos quid hic agat

## INVOCANDI.

hic agatur, postea vero audire ab eis, qui hinc ad si Sancti  
eos moriendo pergunt, Non quidem omnia, sed quæ non sciunt  
sinuntur indicare &c.

ea quæ

hic gerunt

Item ibidem, Possunt & ab Angelis qui res tur, quo  
bus quæ aguntur hic presto sunt, audire aliquid modo igit  
mortui, quod unumquenq; illorum audire debere iuntur gemi  
dicat, cui cuncta subiecta sunt. Nisi enim essent tuis in uos  
Angeli qui possunt interesse & uiuorum & mortuorum cantium  
rum locis, non dixisset Dominus I E S V S, Contigit se scire  
autem mori in opem illum & ferri in finum Abrahe, possunt &  
Nunc ergo hic, nunc ibi esse potuerunt, qui hinc il  
luc, quem Deus uoluit abstulerunt.

Item ibidem infra, Non igitur ideo putan  
dum est, uiuorum rebus quoslibet interesse posse  
defunctos, quoniam quibusdam sanandis uel adiu  
uandis Martyres adiunt, sed ideo potius intelligentia  
dum est, quod per diuinam potentiam Martyres  
uiuorum rebus interficiunt. Quoniam defuncli per  
naturam proprium uiuorum rebus interesse non pos  
sunt, Quanquam ista questio uires intelligentia mea  
uincat &c.

Hec tota disputatio de Sanctis mortuis, hoc  
locu dubia & incerta est, Neq; illa mentio sit de  
iuocandis.

## CVR SANCTI NON SINT

inuocandis Sanctis, et si fateatur eos posse adesse  
quibusdam uiuentibus, sed quomodo haec siant dis-  
cit se ignorare, sicut ibidem in sequentibus uerbis  
inquit, Res hec altior est quam ut a me possit at-  
tingi, Et abstrusior quam ut a me ualeat perscrui-  
tari &c. definire non audeo, mallem a scientibus  
ista perquirere.

## RATIO SECVNDA

**I**n ECCLESIA NIHIL  
statuendum aut faciendum est, de quo dubitet  
conscientia neq; certa sit, recte ne aut secus faciat  
iuxta illud Pauli Rom. 14. Quicquid non sit ex  
fide peccatum est, Et illud Iacobi 1. Postulet in si-  
de nihil hætitans, Qui enim hætitat similis est fluctui  
Maris, qui a uento mouetur et circumfertur, Non  
ergo existimet homo ille quod accipiat aliquid a  
Domino, Incertum autem est, utrum Sancti uots  
nostra audiant nec ne, Ergo stulta et impia ac plo-  
na peccati talis incerta inuocatio est.

## RATIO TERTIA.

**N**VLLVS CVLTVS IN  
Ecclesia instituendus est sine expresso manu  
aut aquino, iuxta illud, Ne feceris quod bonum  
uisum

## INVOCANDI.

uifum fuerit in oculis tuis, sed quod Ego præcipio  
tibi. Et Matthæi ultimo, docentes eos seruare om-  
nia quæ cunq; mandaui uobis, Et illud Matthæi 15.  
Frufra me colunt docentes doctrinas & mandata  
hominum. Nullum autem mandatum de invocandis  
Sanctis Dei esse, manifestum est.

Nam quod assertores Invocationis Sancto-  
rum dictum Iacobi Cap. 5. de invocandis Sanctis  
mortuis allegant, aperta calumnia et corruptela eius  
loci est. Præcipit enim Iacobus, non ut uiui mortuos  
invocent, sed ut uiuentes invicem pro se Deum,  
non Sanctos oreant & invocent, Sic enim ait, Con-  
sitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro in-  
vicem, ut saluemini, Multum enim ualeat deprecatione  
iusti assidua. Iusti scilicet in hac uita, id quod exem-  
plum Eliae, quod citat, testatur. Elias ( inquit) erat  
homo similis nobis passibilis, & oratione orauit, ut  
non plueret supra terram &c.

Adducitur & ex 2. Machab. Cap. 15. Onias  
& Hieremias in somnio uisi à Iuda orantes pro po-  
pulo Dei, Et exemplum Angelū Zacharie, Quo  
omnino uera esse credamus, & Angelos & sanctos  
qui cum Christo sunt, ut membra orare pro toto corre-  
pore Christi.

Sed qua-

## CVR SANCTI NON SINT

Sed quic hæc consequentia, Orant pro nobis  
ergo sunt inuocandi, imo honores, ut est inuocatio,  
quis soli Deo debentur, sibi fieri prohibent Sancti, ut  
est cernere in Paulo & Barnaba Acto. 14. Vbi cum  
Sacerdos Iouis uellet sacrificare Paulo & Barnabæ,  
sciisis tunicis exiliunt in turbas clamantes & dicens  
tes, Viri quid hæc facitis? Et nos mortales sumus  
similes uobis homines &c. Qui hic in terris diuinos  
cultus, qualis est inuocatio auersati sunt, quomodo  
ihs in beata uita delectarentur, ubi in eis manus in-  
cendium amoris erga Deum ardet. Et quomodo ser-  
rent sibi tribui, quæ soli DEO debentur?

Neq; enim inuocatio est cultus douliaæ, se-  
propre λατρειæ, qui soli Deo debetur, iuxta illud  
**Psal. 50.** Inuoca me in die tribulationis, eruam te & hono-  
rificabis me. Hic Deus testatur suum honorem qui  
ipſi à nobis debetur, esse inuocationem, & quem  
iuxta secundum præceptum Decalogi, sibi tribu-  
uult, ideo inquit disertis uerbis, Inuoca ME, quan-  
dicat, Mibi conditori rerum debetur honor inuoca-

Si Angeli tionis, non alicui creaturæ &c.

nolunt se Ideo & Angelus Apoca. 19. sibi honorem  
adorari, adorationis exhiberi uetat, & inquit, Vide ne feceris  
multo mis- Conseruus tuus sum, & fratum tuorum, habens  
nus San- tium testimonium Iesu, DEVVM adora.

Et. Augusti

## INVOCANDI.

Et Augustinus<sup>9</sup> in libro de uera religione Cap. Sanctos ultimo sic scribit. Non sit nobis religio cultus homi- nō esse in a num mortuorum, quia si piē uixerint, non sic habent uocandos. tur, ut tales querant honores, sed illum à nobis coli uolunt, quo illuminante, lētantur meriti sui nos esse confortes. HONORANDI IGITVR SVNT PROPTER IMITATIONEM, NON ADORANDI PROPTER RELIGIO NEM ETC.

Et ibidem Paulo infra, Hoc etiam ipsos optime mos Angelos & excellentissima Dei ministeria uel le credamus, ut unum cum ipsis colamus Deum, cuius contemplatione beati sunt, Neq; enim & nos uidendo Angelos, beati sumus, sed uidendo ueritatem (intelligit ipsum Deum) qua etiam ipsos diligimus Angelos, & his congratulamur, Quare honoramus eos charitate non seruitute, Nec eis templa construimus. Nolunt enim se sic honorari à nobis, quia nos ipsos, cum boni sumus, templum summi Dei esse nouerunt. Recte itaq; scribitur, hominem ab Angelis prohibitum ne se adoraret, sed unum Deum, sub quo ei esset & ille conseruuus.

L

QVARTA

CVR SANCTINONSINT  
QVARTA RATIO  
SICVTI VNVS EST DE  
S<sup>us</sup>, ita quoq<sup>z</sup>; unus Mediator Dei & hominum  
homo Christus IESVS 1. Timo. 2. Fiducia autem  
huius unius Mediatoris accedendum est ad Patrem  
Heb. 4. Habentes ergo Pontificem magnum, qui  
penetravit cœlos IESVM filium Dei, &c. adeamus  
cum fiducia ad thronum gratiae &c. Et Ephe. 2.  
Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno  
Spiritu ad Patrem &c. Rom. 5. Per quem habe-  
mus accessum per fidem in gratiam istam &c. Et  
Iohannis 14. Nemo uenit ad Patrem nisi per me.

Negat conueniri posse patrem per Sanctos  
aut ullam creaturam, nisi per se, Quia enim hic se-  
metipsum premium redemptionis pro omnibus de-  
dit, & hac unica hostia placari uoluit & potuit  
Pater, neq<sup>z</sup> alia ulla, Ergo per hunc solum nobis  
patet aditus ad patrem, sicut alibi inquit Christus,  
Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, id est,  
me Mediatore & intercessore uestro inuocato &  
nominato, dabit uobis. Inuocantes igitur mortuos  
homines tribuunt eis honorem Mediatoris, qui soli  
filio Dei, homini & Deo, Domino nostro I E S V  
Christo debetur.

Quod

## INVOCANDI.

Quod uero dicitur, prodesse habere quam plurimos intercessores apud Deum, sit ita sane, intercedant Sancti pro nobis, tamen nullum testimoniū, neq; exemplum scripturæ, quod sint inuocandi ostendi potest.

Stultum autem est confugere ad preces & intercessiones beatæ Mariæ uirginis, Petri aut Pauli, cum ipsum filium Dei, Dominum rerum aduocatum, Patronum & intercessorem, sedentem ad dextram Patris habeas, & ignores, an Petrus tuos genitius & preces audiat.

Quanta impietas est, cum certa testimonia scriptræ habeas, de ipso filio & Spiritu sancto aduocatis & intercessoribus nostris, illis tanquam spretis, aut abiectis, aut submotis, constituere, contra primum præceptum. Non habebis Deos alienos, propria autoritate alios aduocatos & intercessores, quibus ipsis, ut misericordiis hominibus, peccato contaminatis, deprecatore filio Dei opus fuit;

De filio & Spiritu sancto aduocatis & Patronis nostris inuocandis extant manifesta præcepta & testimonia, quod interpellent pro nobis.

## CVR SANCTI NON SINT

Math. 11. Venite ad me omnes qui laboratis  
& onerati estis, & ego reficiam uos.

Psal. 45. Quoniam ipse est Dominus tuus &  
adorabis eum.

Psal. 72. Et adorabunt eum omnes Reges terra,  
Omnes gentes seruient ei.

Acto. 7. Domine IESV, suscipe spiritum  
meum.

Spiritus Sanctus est Deus, Ergo adorandus.

Acto. 5. Non mentitus es hominibus, sed Deo,  
scilicet, spiritui sancto. Item, Qui adorant Deum  
eos in spiritu & ueritate adorare oportet.

Quod Filius & Spiritus Sanctus sint aduocati  
nostrí, & interpellent pro nobis, testatur Iohannes  
14. Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit  
nobis, quo significabat se esse Paracletum & aduo-  
catum nostrum, & praeter se esse & alium, spiritum  
sanctum nempe.

Rom. 8. Similiter autem & Spiritus adiuuat  
infirmitatem nostram, Nam quid oremus sicut os-  
portet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis  
gemitibus inenarrabilibus. Item Christus IESVS est  
ad dext.

## INVOCANDI.

ad dextram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.  
Item 1. Iohannis 2. Si quis peccauerit, aduocatum  
habemus apud Deum IESU M Christum iustum, hic  
est propitiatio pro peccatis nostris &c.

Hos Patronos & aduocatos ac intercessores  
nostros, filium Dei & Spiritum sanctum uersa fiducia  
inuocemus, de quibus inuocandis praeceptum est,  
& de quorum intercessione pro nobis certa extans  
scriptura testimonia.

Non queramus aut fingamus ipse nobis alios  
mediatores, aduocatos aut intercessores, Facile enim  
impetratur semper, quod filius postulat, qua senten-  
tia etiam supra ex Tertulliano citata est.

Nam quod hoc loco Monachi singunt, Sanctos  
esse amicos Dei, Ergo opus esse, ut per ipsorum sus-  
fragationem Deum accedamus, supra refutatum est  
per scripturæ loca, que testantur per solum Chris-  
tum nobis patere aditum ad Patrem, non per San-  
ctos, aut per ipsorum merita, aut intercessiones, aut  
suffragationes, Et tantum abest, ut nobis Sanctorum Tauleri  
quo à Deo exaudiatur, intercessione opus sit, dictum.  
ut uerissima sit Tauleri sententia, Deum esse  
magis primum & quidum ad nos exaudiendos &

## CVR SANCTI NON SINT

languidos, quam nos ad petendum simus, sicuti &  
Angelus Danielis 9. ait: Ab exordio precum tua  
rum egressus est sermo &c. Et Esiae 65. Eritq;  
antequam clament, ego exaudiam, adhuc illis lo-  
quentibus, ego audiam.

Exstat & egregia de hoc Chrysostomi senten-  
tia, de Poenitentia Homelia 4, Nihil Deo tam gra-  
cum, tam amabile est, quād mitis anima, mansuetā  
gratiasq; habens. Aduerte igitur & tu, si quid nimis  
molestum incidens uideris, impedimentoq; tibi pa-  
ratum, nequaquam ad homines confugeris, aut ad  
humanum prospiceris auxilium, sed uniuersos trans-  
iens, ad animarum medicamentum ( id est, Deum )  
illud euola. Cor enim curare solus potest, qui fine  
xit sigillatim corda nostra, & intelligit semper om-  
nia opera nostra, Ipse ergo nostram subire conscienti-  
am, mentem tangere potest, animam flectere &c.

**Ad Deum**  
non ad ho-  
mimes con-  
fugiendū.

Et mox subiicit, Hęc igitur scientes, ad Deum  
semper confugiamus, & uolentem & potentem no-  
stras molestias fahuare. Atq; homines si quando exor-  
bare oportet, & ianitoribus prius occurtere conue-  
nit, parasitisq;, histronibusq; suadere, & longam  
se penumero viam abire, In Deo nihil est tale. Sine  
Mediatore

## INVOCANDI.

Mediatore exorabilis est, sine pecunia, sine impensa  
precibus annuit, Satis est enim solo corde clamare,  
lachrymas fundere, atq; illico eum ad misericordiam  
contraxeris.

## QVINTA RATIO.

C VI FIDES TRIBVEN.  
da est, eidem & tribuenda est inuocatio, Neq;  
enim sine fide ulla uera inuocatio fieri potest, iuxta  
illud, Rom. 10. Quomodo inuocabunt eum, in  
quem non crediderunt? Soli autem Deo tribuenda  
est fides, ut sonant precepti & symboli uerba, NON  
habebis Deos alienos, Credo in unum DEVM, Ergo  
soli DEO tribuenda est & inuocatio sicuti fides.

## SEXTA RATIO

S E X T A R A T I O S V M L.  
Sunt ex precepto & mandato diuino, & ab au-  
toritate & sentijs sacrae scripture.

Deut. 6. Dominum Deum tuum timebis, &  
illum coles, ac per nomen illius iurabis, Non ibitis  
post Deos alienos, cunctarum gentium que in cir-  
citu nostro sunt. Quoniam Deus emulator Domini

## CVR SANCTINON SINT

nus DEVS tuus in medio tui, ne quando irascatur  
furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de su-  
perficie terrae. Quod præceptum Christus Matthæi  
4. repetit, cum ait, Dominum Deum tuum adorabis,  
nō j' autem mōrē λατ̄gēvōtās, Inuocatio autem, ut  
supra ostensum est, non dōuλēgās, Sed λατ̄gēgās,  
cultus est.

Sicuti enim Gentes peccabant & à uero Deo  
aberrabant, cum mulier parturiens, Diana aut  
Lucinam, periclitantes in mari Neptunum, gerente  
bella Martem, inuocabant: Ita & hoc tempore  
impietas & Idolatria est in partu Mariam, in tem-  
pestatibus & periculis maris S. Nicolaum, in bellis  
& uictoria paranda S. Georgium inuocare.

Dare enim sc̄elicem partum, uictoriā ex ho-  
ste, sedare procellas Maris, & talia alia multa, non  
sunt potentiæ humanae, sed tantum diuinæ & omniis  
potentis nature, sicuti Psalmus 22. ait: Quoniam  
tu es, qui extraxisti me de uentre, Spes mea ab ubi-  
ribus matris meæ. In te projectus sum ex utero, de  
uentre matris meæ, Deus meus es tu. Et Psalm. 89.  
Tu dominaris tempestatim maris, motum autem flu-  
ctuum eius tu mitigas, & Psam. 107. Dixit et ex-  
tat spiritus procellæ, et exaltati sunt fluctus eius, etc.

Reg.

## INVOCANDI.

1. Reg. 17. Non in gladio nec in hasta saluat  
Dominus, Ipsius enim est bellum, & tradet uos in  
manus nostras. 2. Paral. 25. Dei est & adiuuare et  
in fugam conuertere.

Sunt item & alię plurimę sententiaę scripture  
que praeipiunt solum Deum colendum & adorando  
dum, ut:

Gene, 35. Abiiscite Deos alienos qui in medio  
uestri sunt & mundamini &c.

Esiae 42. Gloriam meam alteri non dabo,  
& laudem meam sculptilibus.

1. Reg. 7. Preparate corda uestra Domino,  
& seruite ei soli.

Rom. 1. Qui commutauerunt ueritatem Dei  
in mendacium, & coluerunt & seruierunt creature  
potius quam Creatori &c.

1. Iohannis 2. Si quis peccauerit, aduocationem  
habemus apud Dcūm IESVM Christum &c.

Romanos 8. Ipse Spiritus interpellat pro nobis  
gemitibus inenarrabilibus. Item Christus sedet ad  
extremam patris, qui etiam interpellat pro nobis.

CVR SANCTI NON SINT

Iohan. 34. Nemo uenit ad patrem nisi per  
me.

Item: Si quid petieritis patrem in nomine meo,  
dabit uobis.

Eph. 2. Per illum habemus aditum in uno spiritu  
ritu ad patrem.

Math. 11. Venite ad me omnes qui laboratis  
& onerati estis.

Deut. 32. Videte quod ego sum solus & non  
sit aliis DEVS præter me. Ego occidam & uiuere  
faciam, percutiam & sanabo.

## TESTANTVR ET SE

Testimoniaquentia sanctos mortuos non esse  
inuocandos, & eos non posse scire actiones, & praes-  
tates nostras.

Esaie. 8. Nunquid non populus à Deo suo re-  
quiret, Num prouiuis ad mortuos? scilicet recu-  
rendum.

Esaie. 63. Tu pater noster, Et Abraham ne-  
sciuit nos, & Israel ignorauit nos, Tu Domine pater  
noster & redemptor noster à seculo nomen tuum.

Ecclesiastes Cap. 9. Videntes sciunt se esse mor-  
tui uero nihil nonerunt amplius, nec ha-  
bent ultra mercedem quia obliuioni tradita est me-  
moria eorum.

Psalmo

## INVOCANDI.

Psal. 115. Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum.

Psal. 30. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendeo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciat ueritatem tuam,

Seruetur igitur expressum mandatum Dei,  
Non habebis Deos alienos coram me, & Dominum  
Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, Non tri-  
buatur honos invocationis mortuis Sanctis, qui so-  
li Deo omnipotenti debetur, sicuti & Psalmo 50.  
præceptum est. Immola DEO sacrificium laudis, &  
reddere altissimo uota tua.

Et inuoca ME in die tribulationis, et uam te,  
& honorificabis me,

## RATIO SEPTIMA.

NVLLVM EXEMPLVM  
neque in veteri Testamento, neque in primitiæ  
Ecclesia noui Testamenti, invocationis Sanctorum  
ostendi potest, Nam quæ citantur infra confutabi-  
mus. Est igitur nouus cultus sine mandato diuino  
& exemplo probato ex hominum superstitione in  
Ecclesiam

## CVR SANCTI NON SINT

Ecclesiam introductus. Primitiva enim Ecclesia usque ad tempora Basiliij & Gregorij Nazianzeni, qui circa annum 380. post Christum natum uixerunt, invocationem Sanctorum ignorauit.

## DE ORIGINE INVOCATIONIS SANCTORVM.

Vnde orta est in hanc **A**D PARET AVTEM VN  
de sanctorum Inuocatio primum orta, o  
rige Davov in Ecclesiam inuestis sit, cum Sathan per Tyrannos  
temp., ex organa sua, magnam saeuitiam aduersus Ecclesiam  
miraculis Dei exercebat, et multi pijs homines, propter con  
ad corpora secessionem ecclesiis doctrine, in pluribus locis in  
tra Marty terficerentur, institutum est, ut quoties populus  
quam editis Christianus ad legovę iap, ad rem diuinam seu sac  
crificia facienda, ueluti ad audiendas conciones, ad  
preces, ad gratiarum actiones, laudes Dei, et ad eam  
nam Dominicam conuenisset, ut ante coenam, San  
ctorum Martyrum, qui constantes in confessione  
uerae doctrine mansissent, nomina recitarentur, ut  
sicuti supra dictum est, populus horum exempla ad  
constantiam confessionis et ad horum fidem, patien  
tiam et ceteras uirtutes imitandas imitaretur.  
Reportis

## INVOCANDI

Reponebantur etiam corpora seu Exuviae  
Sanctorum sub mensis & aris, in quibus habebatur  
communio populi. Vnde Augustinus in fine concio-  
num aliquando significat sequenti die se habiturum sacrificia  
eccl<sup>e</sup> et concionem seu legoupy iop Sacrificium, Patrum. j.  
ad mensam Cypriani, Et Ambrosius lib. 3 b. Epis-  
to. 85. significat se corpora Sanctorum Marty-  
rum Geruasij et Prothasij condidisse Mediolani sub  
Altari, ubi solebat coena Dominica haberis.

Quia autem sepe ad Martyrum sepulchra Miracula  
edebantur miracula, sicuti ibidem scribit Ambro- ad sepul-  
sius coecum ad istum tumulum sanatum, et demones chra sane  
fugatos. Et Augustinus Epist. 137. sic scribit, etorū eis  
Nam et nos nouimus Mediolani apud memoriam dita.  
Sanctorum Martyrum, ubi mirabiliter et terri-  
bilter demones confitentur, furem quendam, qui ad Deum esse  
cum locum uenerat, ut falsum iurando deciperet, autorem  
compulsum fuisse consueri furtum, et quod abstulerat miraculo-  
rum non  
reddere.

Hec miracula certum est non ab ipsis mortuis cur edantur  
Sanctis, sed a Deo in primitiva Ecclesia ideo edita, tur miracula  
ut testaretur Deus, hanc esse suam doctrinam a se cula apud  
diuinitus patefactam, et generi humano, ut agnoscantur, sanctiorū  
invocari. Tenerē coli posset, traditam, in cuius con- sepulchra  
fessione

## CVR SANCTI NON SINT

Confessione tales Martyres suam uitam profudissent, ut his miraculis homines ad illam doctrinam amplectendam & confundendam inuitarentur & confirmarentur, sicuti q. Reg. 13. quidam mortuus cum in sepulchro Helisei sepeliretur & eius ossa contingeret, reuixit, quo facto Deus Prophetæ doctrinam & actiones ad omnem posteritatem probare uoluit.

Talia signa, quibus doctrina confirmaretur & ad eam recipiendam inuitarentur homines, necessaria erant in primitiva Ecclesia, sicuti Christus Marci ultimo ait, Signa eos qui crediderunt, h.ec sequentur &c. Et 1. Corm. 14. Linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus.

Posteaquam autem uox Euangelij per totum terrarum orbem sparsa & ingentibus miraculis passim confirmata est, uoluit Deus hanc miraculorum uim tandem cessare, ne homines magis miraculis quam ipsis uerbo crederent, & ut August. lib. 1. Reracta Cap. 13. inquit, ne anima semper uisibilia quereret, & corum consuetudine frigesceret genus humanum, quorum nouitate flagravit.

Quanquam autem in primitiva Ecclesia usque ad tempora Gregorij Nazianzeni, & Basilij magi nullus

Cur mira  
cula cessa  
uerint.

## INVOCANDI.

Qui nulla Sanctorum esset invocatio, tamen postea  
ritas his miraculis attesta, ad cultum Sanctorum,  
qui primo tempore, ut supra ostensum est, satis pu-  
rus fuit, multa superstitione addidit.

Testantur autem conciones Basiliij & Nazianen-  
sensi de Sanctis, ipsorum tempore Sanctorum in-  
vocationem coepisse, cum in fine concionum nomina-  
tim eos compellant, O Athanasi ora pro nobis, qua-  
etsi Rethorica Apostrophe dici possit, tamen uerisie  
mille est, propter plurima miracula edita, Sanctos  
ideo a uulgo compellatos, quod crederentur pellen-  
dis omnibus malis quasi diuinam uim quandam ha-  
bere, ideo posterioribus seculis, extucta ipsis sunt  
temples & Altaria, posita in altaribus ipsorum coro-  
porum reliquie, posita item & ornata imagines, ad  
quas uota & oblationes ac peregrinationes fierent,  
quas superstitiones & Idolatrias primiua Ecclesiæ  
prosperus ignorauit.

**T**ollatur igitur superstitione & impietate per Cultus ua-  
lucem uerbi Dei hoc tempore patefacta. Nemiri & ne-  
cessarij esse enim est ea dogmata & hos cultus qui necessaria cessarij ab-  
sunt ad piatatem, per uocem & predicationem Apostolorum  
Apostolorum primis Ecclesijs, que ab ipsis sunt plan Ecclesi-  
tate, esse traditos. Nullum autem ut supra dictum traditi-  
est, uel

## CVR SANCTI NON SINT

est, uel testimonium, uel Exemplum inuocationis Sanctorum in primitua Apostolorum Ecclesia est cernere, quare nullo modo ferenda est.

Neq; uero hic uel Sancti Bernhardi aut ullorum patrum aut hominum, qui inuocationem Sanctorum confirmarunt, autoritas potior esse debet quam ipsorum Apostolorum & primarum Ecclesiarum, in quibus Apostoli & ipsorum discipuli docuerunt, à quorum doctrina, Ceremonijs & cultu Dei uero, quam longe posteritas recesserit, magna cum dolore, experimur & fateri cogimur.

Tot enim hominum traditiones & superstitiones in Ecclesiam inuestigantur, ut haec iordanis antea Indicium aduentum filij Dei non videantur omnes repurgari de Ecclesi posse, ubi sancti Angeli, Aream Domini demunasticis con prorsus purgabunt.

controversijs ab ipsis Apostolis **I**n talibus itaq; controversijs dijudicandis, quod les hodie controvèrtuntur ut est de Missa, de communione ex priuilegiis utriusque speciei, de inuocatione Sanctorum; in primitua de Sacrificio pro mortuis, de disserimine ciborum, Ecclesia, de ieiunijs, de uotis Monasticis, de Cœlibatu Sacrorum, non ex predictum, & alijs huius generis, seruanda sunt præcepta, à veteribus & primis Ecclesiasticis scriptoribus Eccl.

## INVOCANDI.

bus Ecclesiæ mandata, ut iudicium ex doctrina Apostolorum & primarum Ecclesiarum de illis controversijs sanandis sumatur, & ut ad antiquissimas Ecclesias recurramus, sicuti Irenæus lib. 3. Cap. 4. monet. Vbi sic inquit.

steriorum  
temporum  
scriptoriis  
bus sumen-  
dum, Vbi  
doctrina

Quid enim si qua de aliqua modica questione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas res currere Ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt, & ab eis de præsenti questione sumere, quod certum te re liquidum est.

iam corrū-  
pi cœpit  
Regula  
ab Irenæo  
tradita.

Et Tertullianus lib. de præscriptionibus. Si Dominus IESVS Christus Apostolos misit ad prædicandum, Alij recipiendi non sunt predicatores, quam quos Christus instituit, Quia nec aliis patrem nouit, nisi filius & cui filius reuelauit, & nec aliis uidetur reuelasse filius quam Apostolis quos misit ad prædicandum, utiq; quod illis reuelauit. Quid autem prædicauerint, id est, quid illis Christus reuelauerit & hic præscribam, non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderunt ipsi eis predicando, tam uiva (quod aiunt) uoce, quam per Epistolas postea.

Nihil in  
Ecclesia  
recipien-  
dum, nisi  
ab Aposto-  
lis sit tra-  
ditum.

Si haec ita sunt, constat proinde omnem do-

## CVR SANCTI NON SINT

etinam, quæ cum illis Ecclesijs Apostolicis, matria  
bus & originalibus fidei confiret, ueritati depu-  
tandam, & sine dubio tenentes quod Ecclesiæ ab A-  
postolis Apostoli à Christo, Christus à DEO suscep-  
pit. Reliquam uero omnem doctrinam, de mendacio  
præiudicandam, quæ sapiat contra ueritatem Eccles-  
iarum & Apostolorum & Christi & DEI.

Item Cyprianus ad Pompeium contra Epis-  
tolam Stephani, Sacerdotes præcepta diuina seruan-  
tes, oportet facere, ut in aliquo si nutauerit, &  
uacillauerit ueritas, ad originem Dominicam &  
Euangelicam, & Apostolicam traditionem reuer-  
tamur, & inde surgat actus nostri ratio, unde &  
ordo & origo surrexit.

Omnia ab  
Apostolis  
tradita,

**C**AETERVM HOC LO-  
co aduersarij obijciunt, non omnia ab Apo-  
quæ ad fastolis esse tradita Ecclesijs, sed successu temporum  
intem sunt multa esse reuelata sanctis Episcopis & successoris  
necessaria bus Apostolorum, quæ Ecclesijs ad salutem essent  
utilia & necessaria, Vnde contendunt Ecclesiastis  
& Episcopos multa pro sua autoritate posse mutar-  
e, abrogare, & nouos Canones, nouos cultus, tra-  
ditiones, Ceremonias, Decreta & dogmata condere.

Hoc

## INVOCANDI.

Hoc suco aduersarij multos tetroes errorēs suos  
pingere & defendere conantur, Quibus omnibus  
iporum Sophismatibus breuiter eundem autorem  
Tertullianum eodem loco, libro & Capite oppono,  
Qui tales his uerbis refutar.

Quis integrē mentis credere potest, aliquid Tertullias  
eos ignorasse, quos magistros Dominus dedit, indi- nus.  
uiduos habitos in comitatu, in discipulatu, in con-  
iictu, quibus obscura quæq; differebat, illis dicens  
datum esse agnoscere arcana, quæ populo intelligere  
non liceret.

Latuit aliquid Petrum ædificandæ Ecclesiæ Apostoli  
Petram dictum, claves regni cœlorum consecutum nihil igno-  
& soluendi & alligandi in cœlis & terris potesta, rarunt,  
tem? Latuit & Iohannem aliquid dilectissimum Do- quod Eco-  
mino, pectori eius incubantem, cui soli Dominus cleissi sa-  
Iudam traditorem demonstrauit, quem loco suo fili- lutare eti-  
um Mariæ demandauit? Quid eos ignorasse uoluit,  
quibus etiam gloriam suam exhibuit, & Moisen &  
Heliā, & insuper de cœlo Patris uocem? Dixerat  
plane aliquando, Multa habeo adhuc uobis loqui, sed  
non potestis modo ea sustinere, tamen adiiciens,  
Cum uenerit ille Spiritus ueritatis, Ipse uos ducet in  
omni ueritate, Ostendit illos nihil ignorasse, quos

CVR SANCTI NON SINT  
omnem ueritatem consecuturos per Spiritum ueritas  
tis repromiserat &c.

Item idem lib. de uelandis Virginibus, <sup>Quia</sup> est ergo Paracleti administratio, nisi hæc, quod disciplina dirigitur, quod scripturæ reuelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficiatur &c. Hic erit solus à Christo Magister & descendus & uerendus, Non enim à se loquetur, sed quæ mandantur à Christo.

Ministeri-

um Spiris-

tus sancti.

Ecclesia

am consti-

tuta.

Ambrosij  
dictum.

Quia uero nullum mandatum Christi de inuocatione Sanctis, neq; exemplum primitiæ Ecclesiæ extat, Certum igitur est Spiritum sanctum non esse autorem inuocationis Sanctorum, sed esse nouum commentum & superstitionem ab hominibus, contra & extra præceptum Dei, in Ecclesiam inuenientem multum, sicuti alia multa, Verissimum enim est quod Augustinus, lib. 2. Cap. 19. ad inquisitiones Iudicarii scribit, Ecclesiam Dei intra multam paleam multaq; Zizania constitutam, multa tolerare, & tamen quæ sint contra fidem, uel bonam uitam, non adprobare, nec tacere, nec facere. Nos uero noua omnia ut Ambrosius lib. 4. de virginibus inquit que Christus non docuit, iure damnamus. <sup>Quia</sup> fidelibus uia Christus est. Et idem super Epistola

J. ad

## INVOCANDI.

I. ad Corinth. Cap. 4. Quicquid non ab Apostolis traditum est, sceleribus plenum est.

## OCTAVA RATIO.

**O**CJAVA RATIO SV= mitur à Testimonijs Sanctorum Patrum, in quibus citandis opus est iudicio. Etsi enim, ut supra dictum est, tempore Basilij inuocatio Sanctorum mortuorum primum cœperit, tamen scriptores Ecclesiastici qui ante Gregorij etatem fuerunt, puriores sunt, & quanquam adfirment Sanctos orare pro nobis, id quod & nos non impugnamus, tamen non docent mortuos Sanctos inuocandos, quin potius præcipiunt, ut DEVVM per Mediatorem Christum inuocemus.

Diligenter uero Aduersariorum Sophistica hic obseruanda est, qui quotiescumq; aliquis ex scriptoribus Ecclesiasticis affirmat, sanctos orare pro nobis, statim inferunt, simul inuocationem per illos asseri, id quod falsum & commenticum est. Inuocare enim rem inuisibilem, est ei tribuere omnipotenti, quod gemitus & uota cordis exaudire, & omnia bona corporalia & æterna dare possit, id quod

CVR SANCTI NON SINT  
solus Dei est, de quo supra satis dictum est, Nunc  
quædam Patrum dicta subiiciemus.

Epiphanius

EPIPHANIUS Lib. 3. To. 2. Cap. 78. contra  
Antidicomarianitas grauiter inuenitur in eos,  
qui Mariam matrem diuinis honoribus coluerunt.  
¶ ei Collyridem seu placentam obtulerunt, & in  
nomine eius sacra celebraverunt per mulieres quod  
totum impium esse ac nefarium ait, alienum à pre-  
dicatione Sancti Spiritus & addit: Totum hoc  
opus est diabolicum, & spiritus immundi doctrina.  
Impletur enim in his hoc, Deficient quidam à sancta  
doctrina attendentes fabulis & doctrinis Demoniorum.  
Erunt enim inquit, MORTVIS CUL-  
TVM DIVINVM PRAESTANTES,  
quemadmodum etiam in Israel coluerunt.

Cultus  
mortuorum  
damnatur

Item non conuenit colere Sanctos ultra decoro-  
rum, sed honorare ipsum Dominum. Cesset itaque  
error seductorum. Neque enim DEVS est Maria neque  
de caelo corpus habet.

Mariam  
non esse ad-  
dorandam

Idem in sequenti Capite aduersus Collyridia-  
nos. Reuera uirgo erat ipsa Virgo & honorata,  
sed non ad adorationem nobis data, sed ipsa ador-  
ans eum, qui ex ipsa, carne genitus est, de cœlis ut  
ex finibus paternis accessit.

Item

## INVOCANDI.

Item ibidem, Que uero scripturane hoc narravit? Quis Prophetarum præcepit hominem adorari, ne dum mulierem? Sed neq; Helias, neq; Iohannes, neq; Thecla, neq; quisquam Sanctus adoratus. Non enim dominabitur nobis antiquus error, ut relinquamus uiuentem & adoremus ea que ab ipso facta sunt. Coluerunt enim & adorauerunt Creaturam, præter Creatorem & stulti facti sunt, sit in honore Maria Pater, & filius & Spiritus Sanctus adoretur, Mariam, nemo adoret, non dico mulierem, immo neq; uirum. Deo debetur hoc mysterium neq; Angeli capiunt talem glorificationem.

## HIERONYMVS AD- VERSVS VIGILAN- TIVM AD RIPA- RIVMPRES- byterum.

M 4 NOS



CVR SANCTI NON SINT  
**N**OS NON DICO MAR  
tyrum reliquias, sed ne Solem quidem & Lu  
nam non Angelos, non Archangelos, non Cherubim,  
non Seraphim & omne nomen quod nominatur in  
præsenti seculo et in futuro, colimus & adoramus,  
ne seruiamus Creaturæ potius quam Creatori, qui  
est benedictus in secula. Honoramus autem reliquias  
Martyrum, ut eum, cuius sunt martyres adoremus.

AUGVSTINVS LIB.

22. contra Faustum Cap. 21.

**C**OLIMVS MARTYRES  
Geo cultu dilectionis & societatis, quo & in  
Cultus Sanctorū  
bac uita coluntur Sancti Dei. At illo cultu qui Gre  
ce λατρεία dicitur, latine uno uerbo dici non po  
test, cum sit quedam propriè diuinitati debita seru  
tus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum  
Deum.

Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio  
sacrificij, Vnde idolatria dicitur eorum, qui hoc eti  
am Idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offeris  
mus, aut offerendum præcipimus, uel cuiquam Mart  
yri, uel cuiquam sanctæ animæ, uel cuiquam An  
gelo, & quisquis in hunc errorem dilabitur, corripi  
tur

## IN VOCANDI.

tur per sanam doctrinam, siue ut corrigatur, siue  
ut cauteatur, Ipsi enim Sancti uel homines uel Angeli  
exhiberi sibi nolunt, quod uni DEO deberi norunt.  
Apparuit hoc in Paulo & Barnaba Actorum 14.

Idem in Epistolam Beati Iohannis tractatu 1.  
Clama, aduocatum habemus apud Patrem, videte  
ipsum Iohannem seruantem humilitatem, certe uir  
iustus erat & magnus, qui de pectore Domini mys-  
teriorum secreta bibebat, ille ille qui bibendo de  
pectore Domini diuinitatem ructauit, In principio  
erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, ille talis  
uir non dixit, Aduocatum habetis apud patrem, Sed  
si quis peccauerit. Aduocatum (inquit) habemus,  
non dixit, Habetis, Nec me habetis dixit,  
nec ipsum Christum habetis dixit, sed & Christum  
posuit, non SE, & Habemus dixit, non habetis. Ma-  
luit se ponere in numero peccatorum, ut haberet ad-  
uocatum Christum, quam poneret se pro Christo ad-  
uocatum &c.

Idem de Libero arbitrio Lib. 3.

**N**ON enim ad Creaturam iubemur tendere  
ut efficiamur beati, sed ad ipsum Creatorem.

Ambrosius in Epist. ad Rom.  
Capite 1.

Ambrosius

M 5 Ad

## CVR SANCTI NON SINT

Ad Deum, quem utiq; nihil latet, omnium enim  
merita nouit, promerendum, suffragatore non est  
opus, sed mente deuota. Vbicunq; enim talis locutus  
fuerit, respondebit illi.

Idem ibidem paulo infra. Quanta ægritudo,  
quanta stultitia, hos se Sapientes appellare ad suam  
damnationem, apud quos plus mortui possint quam  
uiui, & mortui potiores sunt uiuis. A uiuo enim  
Deo recedentes, mortuis fauent.

## Chrysostomos Homelia de Profectu Euangelij.

**O**MVLIER MAGNA EST  
fides tua, vides quomodo mulier, que in aliis  
igna erat, ex assiduitate facta est digna? Vis discere  
quod etiam per nos ipsos orantes apud Deum plus  
efficiimus, quam dum alii pro nobis orant? Clamauit  
hec & accesserunt discipuli, dicunt. Dimitte eam,  
quia clamat post nos &c. Vides quomodo repulit,  
cum aliis precarentur? Vbi uero ipsamet orans pro  
dono, clamauit, annuit &c.

Item in Caput Gen. 19. Homil. 44. Quia  
enim misericors est Dominus noster, non sic annuit  
cum oratur ab alijs pro nobis, ut cum à nobis ipsis.  
Ibidem tamen docet consugiendum esse ad Sanctorum  
precios.

## INVOCANDI.

preces, sed tamen non mortuos uerum uiuos intelligit in hac uita.

Idem eadem Homelia.

**C**AETERVM non opus est Patronis apud Ipsi orantem, neq; multo discursu, & ut blandiateres faciliter alijs, sed licet solus sis, Patronoq; careas, & per te ipsum Deum preceris, omnium tamen uoti composueris, Neq; enim tam facile Deus annuit cum alijs pro nobis orant, ut cum ipsimet oramus etiam si plurimis plenifimus malis.

Item ibidem. Cum hec omnia non ignoremus posthac licet peccatores simus, & indigni in quos conseruantur beneficia, licet soli simus, & intercessoribus careamus, ne deficiamus orando, ne desponeamus atimum, scientes magnum apud Deum patrocinium esse per semetipsum magna alacritate ad Deum contendere &c.

Idem Homelia i 6. de Mus  
liere Cananæa.

## VIDE PHILOSOPHI

cam mulieris animam, dicentis. Miserere mei, Non inquit habeo conscientiam bonorum operum, nec rectæ uitæ fiduciam, ad misericordiam consurgio, Non esse opus intercessoribus apud Deum

## CVR SANCTI NON SINT

fugio, ad tranquillum portum peccantium, ad misericordiam confugio, ubi cessat iudicium, ad misericordiam confugio, ubi ineffabilis salus est. Dic mihi mulier, quemadmodum ausa es, cum sis peccatrix & iniqua, accedere ad eum? Ego inquit novi quid agam. Vide prudentiam mulieris. Non rogat Iacobum, non obsecrat Ioannem, neque pergit ad Petrum, neque intendit Apostolorum Chorum, non quæsivit mediatorem, sed pro omnibus illis poenitentiam accepit comitem, quæ aduocati locum impleuit, & sic ad summum fontem perrexit. Propterea inquit, descendit, propterea carnem assumpit, & homo factus est, ut et ego audeam ei loqui.

Ibidem ubique Deus præsens est, non clauditur loco, Inuocanti, dicit, Adsum, Vbi cunque fueris aut inuocaueris audiet te. Non ostiario, non mediatore, non ministro opus est, sed dico, Miserere mei, & Deus illico aderit, adhuc loquente te dicet, Adsum.

## THEOPHILACTVS IN

Ioannem Cap. 15. de muliere Chananea.

**F**IAT TIBI SICVT VIS,  
Ostendit quod nisi fidem habuisset Chananea  
nihil fuisset aſsecuta, Atque itaſi uoluerimus & nos,  
nihil

## INVOCANDI.

nihil uerat et nos assequi quae uoluerimus, Obserua  
autem quod licet Sancti orent pro nobis, sicut pro il-  
la Apostoli, attamen nos pro nobis ipsis petentes ma-  
gis audimur.

## CYRILLVS AD REGI-

nas de recta fide ex Euangelio Ioh.

Ipsi peten-  
tes magis  
audimur

**A**DS V M P T V S est in cœlum, sed ut Deus, quam in-  
Annunciatur præstare petitiones adorantium, tercessores  
si in nomine eius fecerint preces. Nam cui magis con-  
uenit facere compotes uotorum sanctos, et largiri  
quod petunt, quam ei qui solus natura et uere Deus  
est.

Idem in thesauro lib. 4. Cap. 2.

**S**ANCTI ergo per gratiam atq; participationem Sanctos  
Ipsi quidem donum consecuti sunt, sed alijs pro non posse  
uoluntate sua dare illud non possunt, filius uero non dare donū  
sic, sed ut sanctitatis fons, ex propria potestate di- ideo non  
scipulos sanctificat dicens, Accipite Spiritum san- esse inuo-  
ctum et c. candos.

Idem contra Julianum lib. 6.

**S**ANCTOS Martyres neq; Deos esse dicimus, neq;  
adorare consueuimus, laudamus autem eos po-  
tius summis honoribus, quod pro ueritate strenue Cur sancti  
certarunt, laudandi.

## CVR SANCTI NON SINT

certarunt, & fidei sinceritatem seruarunt, ita ut  
suam animam contempserint & mortis terroribus  
ualecentes praeluerint &c.

Hec patrum testimonia sufficiente hoc loco,  
Nam qui tempora Gregorij Magni sicuti sunt, ut  
in corrupta doctrina, manifeste inuocationem san-  
ctorum stabiliunt.

**CONFUTATIO** locorum scri-  
pturæ & sententiarum S. Patrum, quæ  
pro stabilienda sanctorum inuocatione  
citantur.

**CITATVR LOCVS EX Cap.**  
**48.** Gen. Et inuocetur super eos nomen meum, nomina quoq; Patrum meorum Abraham & Isaac, Hic (inquiunt assertores inuocationis sanctorum) Iacob in hac religione nepotes suos erudiens nomen suum & Patrum suorum, super ipsos inuocari edocuit.

Magna impudentia & improbitas aduersario-  
rum est, qui cum ipsi sciant, quæ sit sententia huius  
loci, tamen per sophisticam, eam, ad confirmandam  
Sanctorum inuocationem, contra conscientiam suam  
deprauant. Ostendit autem totum illud caput, quæ  
sit horum uerborum sententia.

*Morituris*

## INVOCANDI.

Moriturus Iacob adoptat duos filios ipsius Iosephi, Ephraim nempe & Manassen in suam familiam, ut vocentur ipsius nomine, filii Iacob & cum reliquis decem filiis ipsius sint heredes, & ut in sortem promissæ terræ Canaan admittantur, adoptantur autem in domum & familiam Iacob nepotes ex filio Joseph, hi duo, in locum tribus Leui, quod ea Sacerdotio erat destinanda, et non erat habitura sortem & partem in terra Canaan.

Ideo Pater Iacob ad filium Joseph inquit, Duo filii tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti, antequam huc uenirem ad te, mei erunt, Ephraim & Manasses, sicut Ruben & Simeon mei sunt. Reliquos autem quos genueris post eos, tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis, id est, vocabuntur filii tui, portabunt nomen tuum, Sed Ephraim & Manasse, vocabuntur filii Iacob,  
**sollen nach mir genandt werden /**  
quam sententiam infra repetit, cum ait. Et uocatur nomen meum in eis, & nomen patrum meorum Abraham & Isaac &c. Id est, vocabuntur simul cum alijs decem, filii Israël seu Iacob, Isaac & Abraham, hoc est, promissiones factæ mihi & Patribus meis, pertinebunt etiam ad hos duos, Erunt heredes promissionum quæ factæ sunt mihi, deinde patri

CVR SANCTI NON SINT INVOCANDI.  
patri meo Isaac & Auo Abraham, ut ueniant in for-  
tem terræ Canam, & omnium beneficiorum corpora-  
lium & æternorum quæ nobis promissa sunt.

Sic eundem locum & Lyra exponit, Quia uo-  
cati sunt, inquit, filij adoptiui Iacob & facti sunt  
capita duarum tribuum sicut alij filij Iacob.

Ita & Augustinus lib. 1. questionum super  
Genesim Cap. 164. hunc locum intelligit, ubi ait,  
Adpellabuntur in nomine fratrum suorum, in for-  
tibus eorum, hoc est, simul hereditatem capient cum  
fratribus suis, ut simul uocentur filij Isracl, Dna  
quippe ipse tribus adiunctæ sunt, ut excepta tribu  
Leui, quæ sacerdotalis fuit, duodecim essent, que  
terram diuidenter & decimas præberent &c. Sed  
nihil pudet Aduersarios, locos tam manifestos cor-  
rumpere.

Similis corruptela est & sequentis loci, quem  
ex Cap. 32. Exodi allegant, ubi cum Deus minatur  
se deleturum populum propter idolatricum cultum  
uituli aurci, Moises pro populo orans, ut Deum ad  
misericordiam flectat, ne omnem furorem accendat,  
commone facit eum promissionis sub iuramento fati-  
ctæ Abraham, Isaac, & Iacob, Quiescat ira tua  
& esto placabilis super nequitia populi tui. Recor-  
dat

## DE MERITIS SANCTORVM ETC.

dare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum,  
quibus iurasti per temet ipsum &c.

Non inuocantur hic mortui Patres, Abraham,  
Isaac & Iacob, neq; precatur ut propter ipsorum  
merita, sed propter datam ipsis promissionem, de ser-  
uanda & multiplicanda ipsorum posteritate, popu-  
lo parceret Deus, Hæc ex ipso textu manifestissima  
sunt.

## DE MERITISSAN- CTORVM ET DE

*Doctrina Iustificationis.*

## PRIVS VERO QVAM RELI-

quos locos confutemus, breuiter respondendum  
est ad ea, quæ de sanctorum meritis magnifice predi-  
cantur.

Faciunt initio discriminem inter merita Christi  
& merita sanctorum. Merita Sanctorum non  
talia esse afferimus (inquiunt aduersarij) in comis-  
qualia in Christo inuenimus, qui semet-  
ipsum pro nobis impendens, & sanguis 1548  
nem suum pro nobis fundens, plenam  
cum Deo reconciliationem promeruit.

N H

DE MERITIS SANCTORVM ET DE

His de Christi meritis quæ recte dicuntur, d'  
eexunt postea corruptelas & sententiam impiam &  
contumeliosam in Christi merita et beneficia, cum di-  
cunt, Sancti uero merita sua, quibus &  
ipſi ſalutati ſunt, & nobis ſuffragantur ex  
eodem omnis ſalutis & totius meriti fon-  
te, Christi uidelicet paſſione hauererunt.  
Non enim ſi iuſticiæ rigorem ſpectemus,  
cuiquam Sanctorum operationes ſuę  
quantumuis uirtuosæ ad propriam ſalu-  
tem ſuffeciffent, iuxta illud, Non iuſti-  
ficabitur in conſpectu tuo omnis uiuens,  
Et illud Christi, ſi feceritis omnia quæ  
præcepta ſunt uobis, dicite, Quia ſerui  
inutiles ſumus, Et illud Pauli, Non ſunt  
condignæ paſſiones temporis huius, ad  
futuram gloriam, quæ reuelabitur in uo-  
bis, Ex Dei autem misericordia (Obſerua  
& hic addi corrupelam) & liberalitate , &  
Christi gratia, non ſolum ipſis ad ſalu-  
tem, Sanctorum merita conducunt, ſed  
etiam nobis ad protectionem, & gratia  
diuinæ impetrationem, proſunt, Deo in  
eis miſericorditer complente, quod uera  
citer

## DOCTRINA IVSTIFIC:

titer promisit, cum ait, Ego sum Deus  
fortis zelotes, uisitans iniurias filiorum  
in tertiam & quartam generationem &c.

Fatentur hic scriptores noui libri Interim, si-  
enti & in capite, de Repemptione per Christum, &  
de Iustificatione, per sanguinem Christi mundo ree-  
concilationem, promeritam, sed ubiq; dictionem;  
(SOLA M) uitant.

Nam ut sua & sanctorum opera, ad iustici-  
am & eternam uitam promerendam, una cum  
Christi meritis quoq; necessaria esse, & indulgen-  
tias Papales, de quibus tamen nihil aperte dicere  
audent, & alios plurimos errores asserere possint,  
nusquam dicunt nos SOLI V S Christi meritis sal-  
uari, Ideo hoc loco Christi meritis hanc corruptelam  
assuunt, cum affirmant Sanctos suis meritis & ipa-  
sos saluatos, & ijs nobis suffragari, & hanc uitam  
suum meritorum, Sanctos ex fonte omnis salutis  
Christi passione habuisse &c.

Ostendant quoq; isti uel unicum scripture  
testimonium, quo probari possit aliquem Sanctorum

N = suis,

DE MERITIS SANCTORVM ET DE  
suis meritis deleuisse sua peccata, & salutem, iusti-  
ciam & eternam uitam sibi aut alijs promeruisse et  
uicerint.

Solius  
Christi  
merito nos  
saluari.

Firmissime igitur tenendum est SOL IV S  
Christi merita plenissime & perfectissime ualere ad  
delenda peccata totius Mundi, ad promerendam ius-  
ticiam, salutem & uitam eternam, nec hoc in aliis  
quam partem aut societatem uocanda esse nostra aut  
Sanctorum merita aut opera, sicuti Augustanus liber  
docet, nobis partim ex Christi, partim etiam ex nos  
stris meritis contingere salutem, iusticiam & uitam  
eternam, cum dicit, Sancti meritis suis &  
ipsi saluati sunt, & nobis suffragantur.

Nam quae hic, de sanctorum suffragio, & quod  
Sancti ex fonte omnis salutis, passione Christi, sua  
merita hauserint, dicuntur, mere prestige uerbo-  
rum sunt, ad Christi merita obscuranda inuentae, &  
ut homines a Christo abducantur, & fiduciam, non  
in illius, sed Sanctorum & suis meritis ponant, hoc  
est, ut supra arenam edificant, & contra primum  
præceptum alienos Deos, opera manuum suarum,  
quasi idolum sibi constituant.

Estq; horribilis doctrina, blasphemia in Deum  
& contumeliosa in Christum filium Dei, docere, ius-  
ticiam, salutem & uitam eternam non gratis, neq;  
ex sola

## DOCTRINA IVSTIFICAT:

ex sola gratuita misericordia propter S O L I V S Christi, sed etiam propter nostra aut sanctorum mea rita, nobis contingere, Quæ doctrina ex hac im agnatione orta est, quod Doctores scolastici imagi nantur, esse discriminem, inter Redemptionem per Chris tum factam & inter iusticiam, salutem & uitam eternam.

Negant enim credenti quod sanguine filij Dei fit redemptus & reconciliatus Deo, hanc fidem im putari ad iusticiam, & ex ea esse iustum gratis pro pter Christum, negant tali credenti donari salutem & uitam eternam, sed contendunt fidem acceptan tem redemptionem per Christum factam, esse ini stium tantum iustificationis, que nondum sit com pleta & perfecta, sed adhuc per charitatem, hoc est, per nostra bona opera & merita complenda & per ficienda sit, & fidem nihil aliud esse ( Sic enim lo quuntur ) quam gratiam, donum seu beneficium di uinitus infusum, quo hominis uoluntas præuenitur & ad iusticiam preparatur, quæ per fidem cœpit per charitatem absoluenda & perficienda, quæ fides cum dilectione, est gratia operans, unde omnia bona merita incipiunt.

Doctrina  
scholastie  
corum de  
loco iusti  
ficationis

Plane eadem autorum novi libri doctrina est,  
que est scolasticorum doctorum, in capite De re

N 3                      demptione

DE MERITIS SANCTORVM ET DE  
dēmptione per Christum dominum nostrum, ubi sio  
scriptum legitur:

Redemit quidem nos, & Deum  
Patrem ita placauit, ut idem Pater mi-  
seros nos & peccatis inquinatos, ob san-  
guinem ipsius absolueret, ac sibi reconcil-  
liaret &c.

Redemit, inquiunt, quidem nos, sed aduersati-  
uam, qua absoluenda erat instituta sententia, cal-  
lide & ueteratorie omittunt, dicturi quasi (ut ibidem  
in sequenti capite de iustificatione, se se declarant)  
Vide porro. Sed haec redemptio per Christum facta ad iusticiam,  
senta & salutem & uitam æternam consequendam non suffi-  
præstigias cit, Verum hic dilectione & nostris quoq; meritis &  
uerborū. operibus ad haec promerenda opus est, Ideo aiunt,  
Quod nobis miseris deest, possumus ex vulneribus  
Christi mutuari, & ad liberationem salutemq; no-  
stram usurpare. Item, Concurrunt quidem Christi  
meritum & iusticia inhærens &c.

Triplicia  
merita se-  
cundū so-  
phist. Est igitur aduersariorum haec doctrina &  
imaginatio, Triplicia merita ad iusticiam, salutem  
& uitam æternam esse necessaria. Primum ipsius  
Christi, quo ad redemptionem, & ad primam gra-  
tiam promerendam, fidem scilicet, cum dilectione  
nobis

## DOCTRINA IVSTIFIC:

nobis infundendam, & quo ad hanc primam gratiam, iustificamur gratis, id est, non propter nostrum aliquod meritum (cum prima gratia fides scilicet, nobis gratis infundatur) sed propter solius Christi Gratia meritum, ideo fidem praeuenientem & preparantem gratis datur nos ad iusticiam, per charitatem perficiendam, uocant gratiam gratis datam Scholastici.

Deinde necessaria ad ea sunt quoque nostra mœrita & opera, quæ fides per dilectionem, ad perficiendam iusticiam inchoatam, operatur.

Tertio, ad salutem & æternam uitam promerendam, necessaria quoque sunt Sanctorum mortuorum merita, quibus, ut liber adfirmat, non solum ipsi salvati sunt, sed & nobis suffragantur, et docent, cum nostra merita nobis non sufficiunt, confugiendum esse ad Christi & Sanctorum merita. Hæc est doctrina aduersa partis de nostris & Sanctorum meritis.

**F**irmissime igitur, ut supra dictum est, iuxta Propter sancti Pauli, immo omnium Prophetarum & Apostolorum Iusti Christi doctrinam, tenendum est, propter SOLIVS Christi merita Christi merita deleri peccata, placari iram Dei, aboleri peccata, mortem, imputari nobis iusticiam creditibus in hac Mediatorem, donari Spiritum Sanctum, salutem.

DE MERITIS SANCTORVM ET DE  
tempore uitam eternam, neq; hec dari uel propter nos-  
stra, uel propter ullius sancti merita.

Nam de Christi meritis, quod talis sit ipsorum  
effectus, certa & manifesta extant testimonia in sa-  
cra scriptura, De Sanctorum meritis uero quod pro-  
pter illa uelit placari Pater, uel donare uitam &  
salutem, prorsus nullum testimonium scripturæ adduo-  
ci potest.

Si igitur Sanctorum meritis confidendum est,  
& inuocandi sunt Sancti, ut nos protegant, aut suis  
meritis nobis suffragentur, necesse est extare pro-  
missionem, qua in inuocatione fides nitatur, Nulla  
autem extat promissio, quod propter Sanctorum me-  
rita Deus iusticiam & eternam uitam dare uelit. De  
Christo autem quod propter illius merita nos uelit re-  
cipere Pater, extant & promissiones & plurimæ te-  
stimonia

Genesis 3. Ipsam semen mulieris conteret cap.  
put Serpentis, diserte dicitur, solum mulieris semen,  
non Angelos, non ullos Sanctos, non ullam Creatu-  
ram destruere diaboli & mortis potentiam, & re-  
stituere uitam & immortalitatem.

Gene. 22. In semine tuo benedicentur omnes  
gentes terræ, quem locum Paulus Gala. 3. sic inter-  
pretatur, Non dicit, In seminibus, quasi in multis,  
sed quasi

## DOCTRINA IV STIFIC:

Sed quasi in uno, & in semine tuo, qui est Christus. Negat Paulus propter Sanctos aut ipsorum merita nos benedici, sed affirmit propter SOLVM Christum unicum Semen nos seruari et benedici, sicuti et ad Ephesios hunc locum exponens inquit, Benedic Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in coelis in Christo.

Deut. 32. Vbi sunt Di<sup>s</sup>i corum, in quibus fiduciam habebant, Videte quod ego sum solus, & non sit aliis Deus praeter me, Ego occidam et ego uiuere faciam, percutiam, & Ego sanabo &c.

1. Reg. 10. Vos hodie proiecistis Dominum Deum uestrum, qui solus saluauit uos, de uniuersis malis & tribulationibus uestris.

Esa. 43. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, praebuisti mihi laborem in iniquitatib. tuis, Ego sum, Ego sum, ipse, qui deleo iniquitates tuas PROPTER ME, Ego inquit, non Angelus aut Sanctus aliquis, sed ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas, & addit, propter Me, hoc est, non propter te, aut tua, aut ullorum Sanctorum merita, Et ut omnibus Sanctis propriam iusticiam & merita sua detrahat, ne illis confidant, subiicit, Narrasi quid habes ut iustificeris &c.

Per solum  
Christum  
non per  
Sanctos  
nos bene-  
dici.

## DE MERITIS SANCTORVM ETC.

Esa. 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Item, Liuore eius sanati sumus. Item, Noticia sui scruus meus iustus, muletos iustificabit, ipse enim portat peccata ipsorum.

Solius  
Christi me  
ritis fidene  
dum.

**H**uius igitur SOLIVS meritum fidendum est noster, qui SOLVS portauit peccata nostra, & pro nobis redimendis posuit animam suam. Cuius etiam SOLIVS liuoribus & uulneribus sanati sumus, Neque enim Sanctorum martyrum liuoribus tribuenda sunt, quae SOLI Christo debentur, iuxta illud, Glori am meam alteri non dabo.

Quantum  
Sanctorū  
meritis tri  
buitur,  
tantum de  
meritis  
Christi.

Neque etiam haec diabolice prestigie audiende sunt, Sanctos ex uulneribus Christi haurire, ut ipsoe rum merita alijs prodesse possint. Vbi enim de hoc est testimonium ullū scripturæ? Et certum est quantum Sanctorum meritis tribuitur, tantum meritis Christi detrahi.

Christus transstulit a nobis in se, paenam quam nos merueramus, & nostrum debitum ipse SOLVS & nemo alijs exoluit, sicuti Psal. 69, ait. Quæ non rapui, tunc exolutebam, Ergo ad illius SOLIVS merita configiendum est, neque alijs mediatores constituti sunt, cum unus sit mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus.

## DOCTRINA IVSTIFICAT.

Nam quam differentiam Aduersarij inter mediatores redemptionis & intercessionis faciunt, cum nullum scripture testimonium habeat, & palam sit, eos ex Sanctis non modo mediatores intercessionis, sed & redemptionis facere cum aperte & sine aliqua fronte dicant, Sanctos non modo ipsos suis meritis saluatos, sed & nobis ipsis ad nostram salutem, & ad protectionem & ad gratie diuinæ impetrationem prodesse & suffragari, nullo modo hec doctrina contumeliosa in ipsum filium Dei ferenda est.

## SVNT ITEM PSALMI PLE-

Sni talium testimoniorum, que docent fiduciam non in nostra aut Sanctorum merita seu opera, sed in sola Dei misericordia ponendam, & ad solum Dominum consugiendum esse, ut Psal. 2. Beati omnes qui confidunt in eo.

Psal. 3. Apud Dominum est salus, & super populum tuum benedictio tua.

Psal. 32. Sperantem in Domino misericordia circundabit.

Psalm. 37. Salus iustorum à Domino, & protector eorum in tempore tribulationis.

Psalm. 40. Beatus vir qui posuit Dominum spem suam.

Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluans

DE MERITIS SANCTORVM DE  
Saluum faciet populum suum à peccatis eorum, Neq;  
enim est in alio salus, Actor. 4.

Iohannis 3. Qui credit in filium habebit uitam  
eternam.

Iohannis 14, Ego sum uia, ueritas & uita, Ne-  
mo uenit ad patrem nisi per Me, Ergo ne Sancti ipsi  
quidem per sua merita seruati sunt, tantum abest, ut  
illis alijs suffragari, aut ad salutem prodesse possint.

Actor. 30. Ipse est qui constitutus est à Deo  
iudex uiuorum & mortuorum, Huic omnes Prophe-  
tæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum  
accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.  
Hæc sententia docet ad solum Christum confugien-  
dum & ab hoc solo remissionem peccatorum iusticio-  
am & uitam petendam & expectandam esse, fide, hoc  
est, certa fiducia misericordiae propter hunc unicum  
mediatorem promisse.

Rom. 5. Iustificati fide pacem habemus cum  
Deo, Per Dominum nostrum Iesum Christum, per  
quem habemus accessum per fidem &c. Neq; enim  
corda nisi in hoc unico mediatore & Pontifice no-  
stro acquiescere possunt, qui solus est pax nostra, &  
ita nos dilexit, ut semetipsum pro nobis in oblatione  
nem & hostiam Deo Patri tradiderit, Epke. 5.

3. Iohannis

## DOCTRINA IUSTIFIC:

I. Ioh. 2. Ipse (non Petrus aut Paulus) est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris au<sup>s</sup> sanguine tem tantum, sed etiam pro totius mundi. Item, San<sup>s</sup> Christi quis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato, Ergo non Mar<sup>s</sup> non opus est sanguine Martyrum ad emundationem tyrum nos nostrorum peccatorum, & ad promerendam salu<sup>s</sup> mundari tem, quos et ipsos huius preciosi agni & immaculati Christi sanguine emundari necesse fuit.

Sed quorsum refert plura testimonia adferre, cum tota scriptura testetur SOLVS Christi meritis nos saluari.

Hec testimonia et si manifesta sint, tamen aduersarij hoc modo elidunt, sicuti & Petrus Lom<sup>s</sup> significet bardus hec dicta interpretatur, Dicunt sicuti & su<sup>s</sup> aduersam praestendi, Fides non est ex u<sup>i</sup> naturae nostrae, quia r*ij*s. Quid fides est pure donum Dei. Fidem enim cum dilectione, quam donum seu beneficium Dei uocant, dicunt esse gratiam praeuenientem et præparantem uoluntatem, non uocant fidem fiduciam misericordie promissæ propter mediatorem Christum & in hoc mediatore acquirescentem, sed intelligunt donum infusum cum charitate, & hoc donum fidei, dicunt esse gratuitum, non dari ex meritis præcedentibus scilicet fidem, cum ex ea primum bona hominis merita incipient, per que postea homo perfecte fit iustus, præparatus ans

Scolastico  
rum do-  
ctrina de-  
fide.

tea, per-

DE MERITIS SANCTORVM ET DE  
te a per fidem cum dilectione. Ita & per dictio[n]em  
GRATIS, dicunt excludi merita præcedentia fidem,  
sed nullo modo opera & merita, que fidem ex charis  
tatem sequuntur.

Nullis me  
ritis nos  
saluari. **S**ED retinenda firmissime sententia est, quæ docet  
nullum hominem iustificari nec saluari meritis  
suis fidem seu præcedentibus seu sequentibus, sed sola  
gratuita misericordia propter Christum.

Non enim inquit Paulus Rom. 8. Condignas  
passiones huius temporis sunt ad futuram gloriam.

Omnes  
Sancti  
sunt &  
manent de  
bitores  
Dei.

Præterea nullus sanctorum in hac uita sufficiens  
ter implet legem, sed omnes cum tota Ecclesia orant,  
Dimitte nobis debita nostra. Quum enim confitean-  
tur se adhuc esse debitores Dei, ostendunt se in hac  
uita debitum minime persoluere posse, ideo supplicia-  
ter orant ut Dominus, cuius infinita bonitas & mi-  
sericordia est, eis debita remittat & condonet pro-  
pter filium mediato[rem], qui factus maledictum pro  
nobis totum debitum exoluit, quod & Psalm. 3<sup>2</sup>.  
docet, cum ait, Pro hac orabit ad te omnis Sanctus  
&c.

Cum igitur quam diu in hac uita uiuitur, omnes  
Sancti sint & maneant debitores Dei, quo modo uel  
sibi uel alijs salutem & aeternam uitam promoveri  
poterant

## DOCTRINA IVSTIFIC:

poterunt, quæ nisi precio omnium maxis sancti mo, sanguine & morte filij Dei empta & promeris omnes in ta esset, & propter illum gratuito nobis domaretur, hac uita nemo hominum suis operibus & meritis promereri peccator potuisset unquam quanquam sanctissimus.

res.

Sic enim uiri sanctissimi summis uirtutibus or nati, coram Deo & tota Ecclesia de se loquuntur & confitentur, ut Moyses Exod. 33. Nullus apud te per se esse innocens est.

Et David summus Propheta plenus Spiritu sancto, Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia in confessu tuo non iustificabitur omnis uiuens, Item, Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sum simebit? Item Psal. 25. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, non inquit, propter merita mea, Et eodem Psalmo, Reminisce miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum &c.

Et Paulus Rom. 8. Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam uelle adiaceat mihi, perficere autem bonum non inuenio &c.

Præterea Christus inquit, Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite, Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus, Quid igitur mercatur?

DE MERITIS SANCTORVM DE  
mereatur, qui debitor est & per omnem uitam ma-  
net?

Sic etiam sapientes Virgines Matth. 25. cum  
timeant ne satis clei pro se habeant, ad fatuas di-  
cunt, ne forte non sufficiat nobis & uobis, Itc po-  
tuus ad uendentes &c:

**S**ED præter hec scriptura sacrae testimonia, ex-  
stant & multorum sanctorum Patrum sententia,  
ex quibus apparet, qui sit consensus Catholicæ &  
orthodoxæ Ecclesiæ de hoc articulo. Nam et si plu-  
riq; etiam ueterum doctorum Ecclesiæ in multis scri-  
ptis, Sanctorum merita, sepe non satis distinete: ad-  
probent & commendent, tamen tandem necessitas  
eo eos decurrere cogit, ut, relictis suis & omnium  
Sanctorum meritis, ad solam misericordiam Dei &  
solius Christi mediatoris & propitiatoris merita con-  
fugiant, & in illis solis, in agone conscientie acqui-  
escant, sicuti testantur sequentes patrum sententia:

Augustinus ad innocentium Pa-  
pam Epist. 95.

**O**MNES tunc Sacerdotes necesse habebant ex  
Lege Dei primus pro peccatis suis offerre  
sacrificium, Deinde pro populo, sicuti nunc per or-  
rationis

## DOCTRINA IVSTIFIC:

Rationis sacrificium conuincimur, non esse sine peccato, quoniam iussi sumus dicere, Dimitte nobis debita nostra.

Item ibidem, Nobis sufficit quod nullus in Ecclesia Dei fidelium reperitur in quolibet proiectu sancti pecunie excellentia atque iustitia, qui sibi audeat dicere non necessariam precationem orationis dominicae, Dimitte nobis debita nostra et dicat se non habere peccatum, ne se ipsum decipiatur, et ueritas in eo non sit, quamuis iam sine querela uiuat.

Idem Hieronymo Epist. 29.

ITAE non iustificabitur in conspectu Dei omnis uiuens, et tamen iustus ex fide uiuit. Et in iusti sunt sancti iusticia, aliis magis, aliis minus, et nemo hic uiuit sine peccato, et hoc aliis magis, aliis minus, Optimus autem est, qui minimum.

Idem ibidem, Et ut generaliter breuiterque plena clavis complectar, quam de uirtute habeam notionem, quod ad recte uiuendum attinet. Virtus est charitas, qua id quod diligendum est diligitur. Hec in alijs maior, in alijs minor, in alijs nulla est, Plenissima uero, que iam non possit augeri, quam diu hic uinit homo, est in nemine, quam diu autem augeri potest, implere letem.

## DE MERITIS SANCTORVM ET DE

Potest, profecto illud, quod minus est, quam debet  
ex uitio est, Ex quo uitio non est iustus in terra,  
qui faciat bonum, & non peccet, Ex quo uitio non  
iustificabitur in conspectu Dei omnis uiuens, Pro-  
pter quod uitium si dixerimus, quia peccatum non  
habemus, nosmetipos seducimus, & ueritas in nobis  
non est. Propter quod etiam quantumlibet profes-  
cerimus, necessarium est nobis dicere, Dimitte nobis  
debita nostra cum iam omnia in Baptismo, dicta, sae-  
c. a, cogitata dimissa sint.

Sanctos  
non salua-  
ri suis me-  
ritis nec a  
lijs patro-  
cumari.

Si igitur, ut hoc loco Augustinus uir Sanctus  
ipse fatetur, plena charitas in hac uita in nullo Sane-  
cto est, & ex hoc uitio non est iustus in terra, qui  
faciat bonum & non peccet, quo igitur modo San-  
cti suis operibus & meritis, que etiam quia plena  
& perfecta in hac uita non sunt, peccata sunt, sal-  
uari possunt, aut illis etiam alijs ad salutem suffra-  
gari s

Iusticia Erit igitur iusticia & salus nostra, sola fiducia mis-  
piorum sericordie, quod, iuxta promissionem, Deus, pro-  
pter filium mediatorem, nobis non sit imputaturas  
peccata, sed iusticiam & uitam æternam gratis do-  
Gregorius naturus.  
bona nos Sic & beatus Gregorius in fine moralium in-  
fra. guilt,

## DOCTRINA IVSTIFIC:

Quis inter ista remaneat salutis locus, quando nequaquam  
et mala nostra, pura mala sunt, et bona nostra, que pura bon  
nos habere credimus, pura bona esse nequaquam pos- na-  
sunt?

Si igitur nequaquam pura bona sunt, quo  
modo per illa, uel nobis uel alijs salutem mereri  
possumus? Ideo recte inquit Paulus, Ut omne os ob-  
struatur, et reus fiat omnis mundus Deo, Item,  
Conclusit Deus omnia sub peccatum, ut omnium mi-  
scetur.

Sic et Job dit, Verebar omnia opera mea, sciens,  
quod non parceres delinquenti. Ecce uir sanctus (ma-  
ritus Gregorius) in omnibus, non malis (que non fa-  
ciebat Sanctus, ut testatur Dominus de eo in princi-  
pio libri) timet et deliquisse se sentit ac minus fec-  
isse.

Hieronymus lib. 2. aduersus Pe-

lagianos Psalm 32.

DIXI pronunciabo aduersum me iniustici-  
am meam Domino, et tu dimisisti impietatem  
cordis mei. Pro hac (impietate) orabit ad te Omnis  
Sanctus et c. sanctus est, quomodo orat pro iniqui-  
tate? Si iniquitatem habet, quomodo sanctus appellas  
tur? luxta illum uidelicet modum, qui et in alio loco  
scribitur, Septies in die cadit iustus et resurget.

## DE MERITIS SANCTORVM ET DE

Iusti indi- Et ibidem paulo infra, Certe iustus est qui in  
gent Dei die iudicij uix saluatur. Saluaretur autem facile si  
misericor- nibil in se haberet maculae, Ergo iustus est in eo quod  
dia. floret multis uirtutibus, & uix saluatur in eo, quod  
in quibusdam Dei indiget misericordia.

Ibidem pro nihilo (inquit) saluos faciet eos,  
haud dubium quin iustos, qui non proprio merito,  
sed Dei saluantur clementia.

Item, in eternum misericordia edificabitur.  
Nullum enim tempus est, quo non edificetur miseri-  
cordia in singulis quibusq; Sanctorum. & his, qui  
de peccatis transcunt ad uirtutes.

Omnis ergo Item, Vnde & nos dicimus esse iustos, Santos  
atura indi uiros, & post peccata placentes Deo, non suo tanto  
merito, sed eius clementia, cui omnis Creatura sub-  
sericordia iecta est, & indiget misericordia eius.

Idem lib. I . aduersus Pelagianos.

Iusticia no-

stra, non

ex merito,

sed Dei mi-

prio merito,

misericordia cordia,

TUNC iusti sumus, quando nos peccatores fa-  
temur, Et iusticia nostra, non ex propria  
merito, sed ex Dei consistet miseri-  
cordia cordia, Item haec est hominis uera sapientia  
imperfectum

## DOCTRINA IUSTIFIC:

imperfectum esse se nosse, atq; ( ut ita loquar )  
Cunctorum in carne iustorum imperfecta  
perfectione est.

Augustinus de uerbis Apostoli,

Sermo: 15.

**P**RO nihilo, inquit, saluos facies illos, Quid est Deus salo  
pro nihilo saluos facies ? Nihil in eis inuenis uat gratis  
unde salues, & tamen saluas. Gratis das, gratis  
saluas. Omnia merita precedis, ut dona tua conse  
quantur merita tua. Pro rorsus gratis das, gratis sal  
uas, qui nihil inuenis unde salues, & multum inuen  
nis unde damnes.

Augustinus in Enchiridio.

Cap. 107.

**V**NDE & ipsam uitam æternam, quæ certa <sup>Vita alia</sup> ~~mercede~~  
merces est operum bonorum, gratiam Dei ap<sup>na</sup> grā  
pellat Apostolus, stipendum enim peccati, inquit, <sup>tia Dei.</sup>  
mors, gratia autem Dei, uita æterna in Christo Iesu  
Domino nostro &c. Gratia uero nisi gratis sit, grā  
tia non est. Intelligendum est igitur etiam  
ipsa hominis bona merita, esse Dei mis  
eria, quibus cum uita æterna reddis

DE MERITIS SANCTORVM DE  
tur, quid nisi gratia pro gratia reddi-  
tur?

Idem Psalm. 60. Vniuersæ uie Domini mis-  
ericordia & ueritas. Misericordia dicitur, quia non  
merita nostra attendit Deus, sed bonitatem suam, ut  
peccata nobis omnia dimitteret, & uitam eternam  
promitteret. Veritas autem, quia non fallit, reddere  
quæ promisit.

Idem lib. 1. Retract. Omnia mandata imple-  
tur, quando quicquid non impletur, ignoscitur.

Idem lib. Confessionum 9. Væ hominum uita  
quantumcumlibet laudabili, si remota, misericordia  
iudicetur.

Ambrosius de uocatione Gentium.

sola fide sine operū meritis sal-  
**H**OC constitutum est a Deo, ut qui  
credit in Christum, saluus sit sine os-  
pere, SOLA fide, gratis accipiens re-  
missionem peccatorum.

Chrysostomus Homilia 3: in  
Matth. Cap. 1.

**N**O L I te putare quicquam fecisse, cum feces  
ris, & plenissime cuncta fecisti.

EI

## DOCTRINA IVSTIFIC:

Et paulo infra, Vis agnoscere quemadmodum uero Deo gratiae referantur? Audi tres pueros in medio ignis loquentes, peccauimus, inique gessumus, iustus es Domine in omnibus que fecisti nobis, quoniam in uero iudicio omnia induxisti super nos, Hoc est, cum referre gratias Deo, peccata ei propria confiteri, & mille se aliquis reum fateatur malorum, & tamen nulla pro his indigna se arbitretur ferre supplicia &c.

Noli ergo mercedem reposcere, ut merearis accipere. Tu saluari te Dei gratia confitere, ut se ille tibi debitorem fateatur, nec modo pro operibus tuis, uerum etiam pro hac gratia humiliq; sententia.

Idem de muliere Chananea, Homelia 16. Misericordia mei, Non inquit, habeo conscientiam bonorum operum, nec recte uitae fiduciam, ad misericordiam configio &c. Vide locum supra citatum.

Gregorius in Ezech. libro 1.

Homelia 7.

**I**USTVS igitur aduocatus noster, iustos nos defendet in iudicio. Quia et nos met ipsos cognoscimus & agnoscimus iniustos. Non ergo in fletibus, non in actibus nostris, sed in aduocati nostri allegatione confidamus. dum.

O. 4

Basilius

DE MERITIS SANCTORVM ET DE  
Basilius in sermone de Humi-  
litate,

SOLA  
FIDE.

**D**ICIT autem Apostolus, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Hæc est enim perfecta & integra gloriatio in Deo, quando neq; propter iusticiam suam aliquis effertur, sed intelligit se indigere uera iusticia tuis deus & misericordia. Fide autem SOLA in Christum illumificari.

Bernhardus in Annunciatione Beatae Mariæ Sermo: 1.

**S**PIRITVS ipse prohibet testimonium spiritui nostro, Porro hoc testimonium in trib. consistere credo.

Necesse est enim primo omnium credere, quod remissionem peccatorum habere non possis, nisi per indulgentiam Dei.

Deinde quod nihil prorsus habere queas operis boni, nisi & hoc dederit ipse.

Nullum meriti tum operibus promereri, nisi gratis detur & illa.  
uite eterno.

Et ibidem mox infra. Neque enim talia sunt hominum

## DOCTRINA IVSTIFIC:

minimum merita, ut propterea uita æterna debeatur ex iure, aut Deus iniuriam aliquam faceret, nisi eam do-  
naret &c.

Idem super Cantica Sermo. 68.

**S**IC non est quod iam quæras, quibus meritis spe-  
remus bona, presertim cum audias apud Pro-  
phetam. Non propter uos, sed propter me, Ego fa-  
ciam dicit Dominus. Sufficit ad meritum,  
scire quod non sufficient merita.

Ibidem, Merita habere cures, habita data nos-  
uoris, fructum speraueris Dei misericordiam, & ome-  
ne periculum evasisti.

Idem in Psalmum, Qui ha-  
bitat &c.

**Q**UONIAM in me sperauit, liberabo eum, Dul-  
cisima liberalitas, in se sperantibus non de-  
esse, Hoc enim totum hominis meritum, si totam  
spem suam ponat in eo, qui totum hominem saluum  
facit. Et idem (ut habetur in eius uita) Cum à Sa-  
thana improbis pulsaretur accusationibus ait, fateor  
non sum dignus ego, nec proprijs possum meritis  
regnum obtulere cœlorum: Ceterum duplii iure

## DE MERITIS SANCTORVM ET DE

Ellud obtinens Dominus meus, hæreditate scilicet patris, & merito passionis: Altero ipse conuentus, Alterum mihi donat &c. Cuius dono iure aliud mihi aendicans, non confundor &c.

Dictum  
Bernardi.

De hoc S. Bernardo ita resert Gerson in Sermone in die S. Antonij, quem Constantiae habuit. Sic oblitus fuerat deuotissimus Bernardus, qui senex in seruitio Dei, dum ægrotaret aliquando, gemebat ad Dominum, V apule, sane, quamtenus miscrearis afflito, qui non reperis in me bonum, quod remuneremus. Tempus meum perdidisti, quia perdite uixi, pro quo quid agam non habeo, nisi quod cor contritum & humiliatum Deus non despicies.

Con sensus  
Catholicae  
Ecclesie  
de meritis  
Sanctorum.

**H**AEC testimonia sacra scripture et sanctorum Patrum ideo collegi, ut appareat qui sit consensus Catholicae & orthodoxæ Ecclesie Christi, de doctrina Meritorum. Nullis nempe meritis aut operibus promereri nos posse, ut tollantur nostra peccata, ut detur nobis iusticia, salus & uita æterna, sed illa gratis ex solius Christi meritis nobis donari, & haec tanta munera, fide accipienda esse.

Qui enim certamina & agones conscientis experti sunt, illi sentiunt neq; in proprijs, neq; ultorum

## DOCTRINA IVSTIFIC:<sup>15</sup>

lorum Sanctorum meritis, sed in sola fiducia misericordiae, propter Christum Mediatorem promisse, certa acquiescere posse, iuxta illud Pauli: Iustificati fide pacem habemus cum Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, non per nostra aut sanctorum merita.

Falsa igitur doctrina Aduersariorum est, qui contendunt Sanctos, non modo suis operibus salvatores, sed & per ea alijs ad salutem suffragari.

Illud tamen negandum non est, immo populo saepe inculcandum est, eis multum imbecillitatis & cordium in renatis adhuc maneat reliquum, tamen illorum opera iuxta præcepta Dei, & in agnitione Mediotoris facta, quia fide insiti sunt Christo, & iam facti sunt filii Dei & coheredes Christi, adeo placere Deo, quamquam toti Legi non satisfaciant, ut illi propter Christum Pontificem nostrum grata sint sacrificia, & propter illa dari præmia spiritualia et corporalia in hac uita, et post hanc uitam, sicut clarè hoc multi loci scripturæ testantur, vide licet, I. Timo, q. Pietas ad omnia utilis est, præmissionem habens uitæ, quæ nunc est, & futuræ.

*Quæ sunt  
sanctorū  
merita.*

Marci 10. Recipient centuplum in hac uita, sed cum tribulatione, & post hanc uitam, uitam æternam.

*Idem*

## DE MERITIS SANCTORVM ET DE

Idem ostendit Parabola de negotiantibus,  
Matth. 25. ubi dicitur, Omni habenti dabitur.

Ifern Matt. 5. Merces uestra copiosa est in cœlis, & Rom. 2. Reddet unicuique secundum opera sua.

Est enim certissimum, Deum, qui iudex iustus est pro malis operibus reddere poenas, pro bonis vero præmia, cum in hac tum in altera uita.

Sed ex his proxime citatis locis non sequitur, quod inde extruunt aduersarij, nempe remissionem peccatorum, iusticiam, & uitam æternam deberi nostris operibus, & per illa hæc esse promerenda, quæ certum est (sicuti supra est ostensum) dari gratiis propter Mediatorem in ipsum credentibus.

Manifestum enim est (sicuti Paulus Rom. 4 docet) Hæreditatem gratis ex sola promissione creditibus dari, Sola enim fides est, quæ nos filios & Hæredes Dei efficit, Iohan. 3. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius.

Vita æterna quomo<sup>do</sup> merces honorum opertum,

Patrimonium autem æternæ uitæ tam amplum est, ut non solum sit hæreditas filiorum, sed & premium & merces qua compensantur bona opera pia orum

## DOCTRINA IVSTIFICATI

Orum. Et maius est patrimonium aeternae uitæ,  
quam quod precio nostrorum imperfectorum & con-  
taminatorum meritorum emi posse, sicuti inquit  
Paulus, Non sunt condignæ passiones huius temporis  
ad futuram gloriam, Hanc enim nobis necesse fuit  
emi precio omnium maximo, morte & sanguine filii  
Dei.

Commendatur autem inde charitas & bonitas  
Dei erga nos, quod etiam imperfecta & contaminata  
nostra opera in agnitione Mediatoris facta &  
presentibus & aeternis bonis vult ornare, & nobis ea  
compensare, & multa mala aut mitigare, aut etiam  
prosperitate tollere, quæ bonitas Dei nos ad bene operan-  
dam inuitare debet, ut hec alibi copiosius in doctrina  
bonorum operum traduntur.

**Q**uare loci de meritis Sanctorum citati, ut  
sunt Exo. 20. Ego sum Dominus Deus tu-  
us, fortis zelotes visitans iniuriam, & faciens  
misericordiam in millia, Et Gen. 26. & alijs similes  
falso detorquentur eò, quod propter sanctorum me-  
ritas remittantur peccata & detur uita aeterna, Sed  
tales sententiae testantur Deum, uel propter promis-  
siones factas Patribus, uel etiam propter ipsorum  
bona opera & obedientiam sibi praestitam mitigare  
Confutatio locorum qui citantur pro  
meritis sanctorum  
poenitentes

## DE MERITIS SANCTORVM ET DE

poenar, uel bona dare cum ipsis, tum alijs & ipsorum posteris in hac uita, tueri Ecclesiam, seruare Rem pub. &c. Ut 3. Reg. 19. dicitur. Protegam urbem hanc, & saluabo eam propter Me, & propter D<sup>ad</sup> uid seruum meum.

Hoc testimonium aduersarij quoq; ad merita Sanctorum detorquent, quasi urbs seruata sit propter merita Davidis, cum Deus clare dicat, saluabo urbem propter Me, id est, Propter Ecclesiam & templum, propter promissiones editas.

Erat enim Hierosolyma sedes Dei, quam iuxta Hierosoly promissionem, usq; ad nouum regnum Christi Dominia sedes ministare necesse erat.

Dei.

Addit autem & propter David seruum inuenit Quia illi facta erat promissio 2. Reg. 7. Stabiliam thronum regni eius usq; in sempiternum. Nam quamquam postea Hierosolyma sit cuersa, tamen thronus regni Davidis in Christo mansit, manebitq; in sempiternum.

Debuit autem hic thronus etiam corporaliter manere usq; ad aduentum Christi ut sonat promissio: Non auferetur Sceptrum de tribu Iuda, & Dux de semore eius, donec ueniat, qui muttendus est &c.

Locus ex 41. Cap. Exechielis ibidem citatus  
profus

## DOCTRINA IVSTIFIC:

Prorsus contrarius est ipsorum opinioni, ut textus manifeste ostendit, Sic enim ibidem scriptum est: Si fuerint tres uiri in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi iusticia sua liberabunt animas suas, hoc est, illis, sicuti Noe, Loth, & alijs parcerunt, cum accensa fuerit ira Dei, sed illi non poterunt suffragari relio que impiæ multitudini &c.

Citatur locus Danielis 3. ex canto trium puerorum, ad stabiliendam inuocationem & mea ria Sanctorum, cum clarum sit ibi non inuocari sanctos, & rogari, ut propter ipsorum merita, Sed propter promissiones, factas patribus, Ecclesiam & pios seruare uelit Deus, Hæc enim sunt uerba: Ne quæsumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dis̄ip̄es testamentum tuum neq; auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, et Israel sanctum tuum, quia locutus es, pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas cœli &c.

**S**Tatuat igitur pia mens sibi remitti sp̄ccata, se recipi, exaudiri, & seruari non propter suorum aut ullorum Sanctorum meritorum dignitatem, sed gratis propter solum mediatorem Dominum nostrum Iesum Christum, & hoc ideo, ut

Cur crea  
dendum sie  
nos gratis  
propter  
Christum  
iustificara  
fue.

## DE MERITIS SANCTORVM DE

suus honos reddatur Christo, & conscientia firmans  
consolationem in agone habere possit, & ut retineat  
tur discrimen Legis & Euangelij, & uera iuuoca-  
tio sine hæsitatione praestari possit.

Sic Daniel Propheta & uir sanctissimus in-  
uocans Deum non nititur dignitate suorum merito-  
rum, sed solo Mediatore, ut Danielis 9. Non in  
iustificationibus nostris prosternimus preces ante  
faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis, Ex-  
audi Domine, placare Domine, attende & fac, Ne  
morieris PROPTER DOMINVM Deus meus &c.

Sciant autem piæ mentes etiam hoc, quod si-  
cuti propter unius aut paucorum scelera multi puni-  
untur, ut propter Davidis peccatum plectabatur pop-  
ulus, & propter paucorum scelus tota pene tribus  
Beniamin deletur, Iudicum 19. & 20. Sic & pro-  
pter paucorum iusticiam multis sëpe benefacit De-  
us, que res studium bene operandi in nobis excitare  
debet.

Quanquam autem Sanctorum opera, multa  
communia bona in hac uita impetrant etiam alijs, sap-  
tamen illa ad iustificationem & ad uitam æternam pro-  
merendam alijs applicari non possunt, ut supra ostens-  
um est, cum illa ne nobis quidem ad iusticiam pro-  
ponat.

## DE MERITIS SANCTORVM ET DE

Hæc de Sanctorum meritis hoc loca breuiter  
monuisse satis sit, Nunc nobis redeundum est ad con-  
futationem aliorum locorum, quibus inuocationem  
Sanctorum aduersarij confirmare conantur.

## CONFUTATIO ALIO- rum locorum de inuocatione Sanctorum.

**M**Atth. 25. Quicquid fecistis uni  
ex his fratribus meis minimis, mibi fecistis,  
Ergo inquiunt honor exhibitus Sanctis exhibetur  
Deo, sed quis non uidet Christum loqui, eo loco, de  
Sanctis, qui hic in terra sunt, iustandis, non de mor-  
tuis inuocandis.

Accumulantur præterea multæ sententiae quibus  
probant, & Angelos & Sanctos orare pro nobis, ad  
que loca omnia supra respondimus, quod etiæ orent  
pro nobis, non tamen inde cogi posse, ut ideo sint in-  
nocandi. Idem quoq; respondemus ad patrum dicta,  
quibus ostendunt Sanctos pro nobis orare.

Restat locus Luce 16. Facite uobis amicos de  
matrimonia iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant  
uos in æterna tabernacula. Hæc sententia uidetur  
hoc uelle quod Sancti propter nostra bona opera, nos

DE MERITIS SANCTORVM ET DE  
innocandi. Idem quoq; respondemus ad patrum dico  
et, quibus ostendunt Sanctos pro nobis orare.

Restat locus Luce. 16. Facite uobis amicos de  
mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant  
uos in eterna tabernacula. Hæc sententia uidetur  
hoc uelle quod Sancti propter nostra bona opera, nos  
in eternam uitam recipient, Quæ si uera sunt stabili-  
liuntur nostra merita & simul iuuicatio Sanctoro-  
rum.

Primum autem certum est nos non propter no-  
stra merita recipi & saluari, sed gratis propter me-  
diatorem & propter illius solius merita, ut supra  
pluribus ostensum est.

Deinde certum & manifestum est & illud, non  
Sanctos, sed solum Dcum recipere nos in eternas ta-  
bernacula, hoc est, dare salutem & eternam uitam.  
(Sic enim quidam eterna tabernacula interpretan-  
tur) hoc enim nullius creature, sed solius Dei opus  
est, Id quod Parabola Matth. 25. de decem Virgo-  
nibus docet, & 1. Petri 4. dicitur, Iustum uix sal-  
uari. Item Iohan. 3. Nemo ascendit in celum  
nisi qui descendit de celo, filius hominis qui est  
in celo. Opus igitur habet hæc sententia interpre-  
tatione.

Initio

## DOCTRINA IVSTIFIC:

Initio uerissimum est, quod quanquam bona opera non sint causa, cur iustificemur et recipiamur, tamen ideo necesse est illa a renatis fieri, ut sint testimonia uera et internae iusticie, que coram iudicio Dei ex sola fide in Christum est, sicuti inquit Christus, Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona, et glorificant Patrem uestrum, qui in celis est.

Lux in cordibus piorum accensa, est fides et uera agnitione Dei, que ubi est, iam statim propter Modus' ius Mediatorem, quem fides amplectitur, a Deo Patre stictionis recipimus, iustificamur et donamur eterna iusticia et uita gratis, iuxta illud, Iustificati fide pacem habemus erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Sed hanc lucem coram Deo in corde, per Lux fidei agnitionem Mediatoris lucentem, necesse est quoq; lucere deo lucere coram hominibus per bona opera, ut homines bonis operibus a nobis affecti, siant nobis amici, hoc est, testentur nos uere renatos et esse uere filios Dei, et ita patrem in celis propter nos glorificent, Hoc est quod ait, facite uobis amicos de magna iniurie, Et loquitur Christus, non de Sanctis qui sunt in celis, sed qui sunt in terra, illos uult conciliari et adiungi nobis nostris officijs, ut sint amici et testes nostri, quod cum ipsis simus uera et uiua

Cur et ad  
quid bona  
opera sint  
necessaria

DE MERITIS SANCTORVM ET DE  
Sancti in membra Ecclesie, Sancti enim mortui & in cœlo  
terra.) cum Christo uiuentes, non opus habent nostra manu-  
mona ope aut operibus, illi cum uiuerent, suos habu-  
erunt, qui per mammonam iniustitiae eos sibi testes  
adiunxerunt.

Deinde & hæc uerba. Ut recipiant uos in  
terna tabernacula, opus habent interpretatione. Hoc  
recipere nihil aliud est, quam quod sancti in hac uita  
nostris beneficijs adfetti, testantur cum in hac uitâ  
tum in altera, nos dignos fructus poenitentie fecisse,  
**Recipere** et nos non fuisse arbores malas, sed fragiferas, sicuti  
**eterna tab-** Christus in extremo iudicio, & suo & talium misericordia  
**bernacula** nomine, testis erit, Esuriui & dedistis mihi  
manducare, sitiui & detistis mihi bibere &c.

Postremò, Aeterna tabernacula intelligatur  
non tantum aeterna uita, sed & Ecclesia in hac uitâ,  
in qua, aeterna uita, in uera agnitione Dei et nouitate  
uitæ, inchoatur, ut inquit Christus Ioan. 3. 7. Hec  
est uita aeterna, ut cognoscant te solum Deum uerum  
& quem misisti Iesum Christum.

Mirum autem est quomodo se S. Augustinus in  
hoc dicto explicando lib: 21. Cap. 27. de civitate  
Dei torserit, Sic enim ibi inquit, Est quidam uita  
modus

## DOCTRINA IVSTIFICAT.

modus nec tam male ut his qui eam uiuunt, nihil pro-  
fit ad capessendum regnum coelorum, largitas Elec-  
mosynarum, quibus etiam iustorum sustentatur in-  
opia, & sunt amici, qui in tabernacula eterna su-  
scipiunt, nec tam bona, ut ad tantam beatitudinem  
adipiscendam eis ipsa sufficiat, nisi eorum meritis,  
quos amicos fecerint, misericordiam consequantur  
&c.

Et Paulo infra, Sed quis iste sit modus & quæ Augustini  
sint ista peccata, quæ ita impediunt peruerentionem ad nos dubio  
regnum Dei, ut tamen sanctorum amicorum merita in sancto  
tis impetrant indulgentiam, difficultatum est inueniendum merito  
re, periculosisimum definire, Ego certè usq; ad hoc tempore nobis  
tempus, cum inde satagerem, ad eorum indagine posint sus-  
peruere non potui.

Cum igitur, etiam ipsius S. Augustini testimo-  
nio, periculosisimum sit definire, quod propter san-  
ctorum merita impetraretur indulgentia, acquiesca-  
mus in solius Christi meritis, quæ & certa sunt & in  
agone conscientiae nobis sola sacra debent esse ana-  
chora.

**I**het autem in fine huius loci de Inuocatione  
Sanctorum, adiucere uerba Ioannis Eccij, quis  
bus in Enchiridio suo hunc eundem locum tantus

## DE MERITIS SANCTORVM ET DE

Eccij testi  
monium  
de inuoca-  
tione San-  
ctorum.

Patronus, et quasi primā et potissima Columnā  
Papatus, concludit, ex cuius ipsius defensione et  
confessione apparet, inuocationem sanctorum nihil  
esse quam commentum humanum, sic enim inquit.

Explicit non est præcepta sanctorum inuoca-  
tio in sacris literis, Non in ueteri Testamento, ubi  
populus alioqui erat propensus in Idolatriam, et Pa-  
tres erant in limbo nondum beati, Esa. 63. Abra-  
ham nesciuit nos, Israel ignorauit nos.

Sub Euangelio etiam non fuit præcepta, ne gen-  
tiles conuersi crederent se iterum induci in cultum  
terrigenarum, ut pro ueteri more sanctos, non ut  
Patronos, sed ut Deos adorassent, sicuti Lycaonie,  
Paulo et Barnabæ sacrificare uolebant.

Porrō si Apostoli et Euangelistæ docuissent  
sanctos uenerandos, arrogantiæ datum eis fuisset, ac  
si ipsi post mortem gloriam illam quæsiuissent. Nolli-  
t ergo spiritus sanctus expressis scripturis docere uer-  
enerationem Sanctorum, sed eiusmodi firmatos in fia-  
de, docuit per miracula et Sanctorum auxilia, fuis  
ad eos precibus, illos uenerandos, quamvis dispa-  
culti a Deo, qui latraria colendus est, sicut Maria Hyp-  
perdulia, et Sancti Dulia, quæ extense etiam adora-  
tio dicitur.

Hoc

## DOCTRINA IVSTIFICAT.

Hoc loco præcipue obseruandum est, quod Be-  
cii Patronus Romani Pontificis, claris uerbis ipse-  
satetur, Spiritum sanctum noluisse expressis scriptu-  
ris docere uenerationem sanctorum, Certum autem  
est nullum cultum placere Deo, nisi ab eo præceptum  
et mandatum, iuxta illud, Ne feceritis quod bonum  
uisum fuerit in oculis tuis, sed quod ego præcipio ti-  
bi, Et Matth. 15. Frustra me colunt docentes do-  
ctrinas et mandata hominum, Cultus enim est opus  
et Deo expressis uerbis præceptum, quo in agnitione  
Mediatoris, fide nempe prælucente, se coli et honos-  
te adisci nult Deus et præstari fibi obedientiam.

Quid sit  
cultus.

Quia autem, etiam aduersariorum testimonio  
constat invocationem mortuorum Sanctorum non  
Præceptam diuinitus, ergo manifestum est, huma-  
num esse inuentum.

Ostendimus autem supra unde illa Sanctorum  
invocatione in Canonem Missæ irreperitur, nempe ex  
alla veteris Ecclesiæ consuetudine, qua ante Coenam  
dominicam, memorias Sanctorum Martyrum cele-  
brare ideo solebat, ut in persecutione Ecclesiæ, illo-  
rum exemplo infirmiores confirmarentur ad confe-  
ssionem coelestis doctrine et similia certamina sube-  
unda et c. que supra copiosius sunt tractata.

DE MERITIS SANCTORVM (ET DE

Nunc ueniendum est ad quartam Canonis partem cuius haec sunt uerba.

QVARTA CANONIS  
PARS.

HANC igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuae, quæsumus Domine ut placatus accipias, diesq; nostros in tua pace disponas, atq; ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari, per Christum Dominum nostrum, Amen.

HIC ITERVM CONSYDE  
ra stulticiam, seu potius impietatem sacrificuli, qui panem & quidem nec dum consecratum, offerit Deo Patri, propter tres causas, ut placatus & meritis Sanctorum, & his donis pacem & corporalia bona donet, deinde etiam æterna, liberacionem nempe ab æterna damnatione, & donationem uitæ æternæ, que bona non propter nostras oblationes aut merita, sed propter solam oblationem & meritum Christi placatus Pater, gratis credentibus donat,

## DOCTRINA IV STIFIC:

bus donat, sicut Rom. 6. inquit Paulus, Stipendia  
peccati mors, donum autem Dei uita eterna, in Christo  
Iesu Domino nostro.

## SEQVITVR ORATIO.

**Q**VAM oblationem tu Deus in omnibus quæsumus bene ✠ dic tam, adscri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris, ut nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi filii tui Domini nostri Iesu Christi.

Græcus Canon sic habet Ἐτι προσφέρομεν τῷ θεῷ λογικήν ταῦτα, καὶ ἐπιμάκτορά λατεῖαν, Etiam offerimus tibi rationabile hoc εἰς in cruentum obsequium. Item paulo infra ποιῶσον τὸν λόγον ἔργον τόπον τίμιον σῶμα τὸ Χριστὸν, fac panem hunc preciosum corpus Christi tui.

Mirum autem est, cum supra aliquoties panem  
Cūnum, nondum factum corpus & sanguinem  
Christi obtulerit, ut hostiam immaculatam, pro pec-  
catis & offenditionibus populi, pro redemptione  
animarum, quod hic primum petit illam oblationem

DE MERITIS SANCTORVM ET DE  
fam antea aliquoties factam, & Deo patri exhibetur  
benedici, adscribi, ratam haberi &c. Ita adparat  
autorem Canonis omnia sine iudicio confusisse.

Vide autem hic iterum impietatem, Petit filium  
Dei quem se oblaturum Deo Patri existimat, benedic-  
ti, adscribi, ratum haberi &c. cum is ab eterno sit  
benedictus, & per illum & in illo omnes benedicantur,  
& ad consortium aeternae uite adscribantur  
sicuti sonat promissio, In semine tuo benedicuntur  
uniuersae cognationes terra.

Deinde adduntur hic characteres crucis tre-  
quarum uirtute, stolidi putant panem & uinum  
transmutari in corpus & sanguinem filij Dei.

Quanquam autem uerum sit non omnem pat-  
nem sed accipientem benedictionem, Christi corpus  
esse, tamen sciendum est, non propter characteres  
illos, sed propter promissionem & institu-  
tionem suam, & propter usum sacramenti adesse uero  
Christum.

Hanc precationem sequuntur in Canone  
uerba promissionis, seu institutionis Coenae Domini  
eius.

Qui pridie

## DE MERITIS SANCTORVM ET DE

**Q** VI pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac uenerabiles manus suas, & eleuatis oculis in coelum, ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, bene ✕ dixit, frigit deditque discipulis suis dicens, Accipite & manducate ex hoc omnes, Hoc est enim corpus meum &c.

**I**N his uerbis primum hoc obseruan-  
dum est, quod præcipua uerba, quibus fides fu-  
mentum Sacramentum, confirmatur et erigitur,  
omissa sunt, nempe hec (Quod pro uobis traditur)  
ut sumentes meminerint, se hunc panem, qui est cor-  
pus Christi, tanquam certissimum pignus gratie et  
reconciliationis factæ, recipere, cum corpus Christi  
pro ipsis reconciliandis sit traditum in mortem &c.  
in quibus uerbis uis et præcipuus usus Sacramenti  
ostenditur, quæ fraude Diaboli ideo sublata sunt, ut  
uerus Sacramenti usus, qui in fide consistit, obscura-  
retur, et homines existimarent non fide propria,  
sed tantum sacrificuli opere, sibi applicari Christi  
beneficia, cum nulla applicatio, nisi per fidem pro-  
priam, hic fieri posset.

Vfus Sacra-  
menti  
et eius ad  
plicatio-

Deinde

## DE MERITIS SANCTORVM ET DE

Deinde de poculo Domini claris & manifestis  
uerbis dicitur, Accipite & bibite ex eo omnes, &  
tamen contra hanc manifestissimam institutionem  
Christi, Romane Ecclesie Episcopi, propria auto-  
ritate ausi sunt a poculo Domini arcere (ut uocant)  
Laicos.

Verba promissionis, seu ut ipsi uocant, conser-  
uationis, sequitur hec precatio.

**V**NDE & memores Domine, nos  
serui tui, sed & plebs tua sancta,  
Christi filij tui Domini nostri, tam beatæ  
passionis, nec non & ab inferis resurrecti-  
onis, sed & in coelos gloriosæ ascensionis,  
offerimus præclaræ Maiestati tuæ, de tua  
is donis ac datis hostiam ✕ puram, hostia-  
m ✕ sanctam, hostiam ✕ immaculatam,  
panem ✕ sanctum uitæ æternæ, et calix  
cem ✕ salutis perpetuæ.

**Q**VI fuerit mos ueteris Ecclesie  
ostendimus supra, nempe quod populus, tum  
cum ad sacra conueniret, in usus pauperum, solitus  
sit ad mensam Domini offerre panem, uinum & alijs  
ex quibus postea sacerdos partem panis & uini, ad  
consecrare

## DOCTRINA IYSTIFIC:

consecrandum & distribuendum desumebat, sicuti vocat sae ex Cypriano liquet, qui diuitem, nihil ad mensam sacrificium, domini offerentem, pauperibus offerentibus, obiur oblationē gat, Quid inquit, Corbonam omnino non respicis, panis & in dominicum sine sacrificio uenis, qui partem de sae uimi sacrificio, quod pauper obtulit, sumis &c.

Reliqua uero oblata, distribuantur inter pauperes, quae distributio antequam fieret, prius Sacerdos, nomine offerentum & totius Ecclesiae agebat gratias Deo, quod uictum & cetera bona corporalia humano generi ex sua liberalitate impertiret, & oblata à populis dona, in conspectum Dei & populi quasi offrens, hoc est, gratias pro ijs agens, ducebat seu eleuabat, unde & nostra eleuatio in usu cœnæ Domini remansit in Ecclesia, Ideo & hæc uera ea in græco Canone leguntur, τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶματοι προσφέρομ&ν, quæ in latinum Canonem translata ex illo ueteri ritu apparet, Offerimus de tuis donis ac datis, id est, ex his donis, quæ primum per te sunt data, et iam hic à pijs in pauperum usus oblata, offerimus inquam tibi, hoc est, gratias agimus, quod illa nobis larga manu ad hanc corporalem uitam sustentandam suppeditas, Offerimus item pro donata nobis in salutem, passione, resurrectione & ascensione glorioſa filij tui &c.

Preces

## DE QVARTA CANONIS PARTE

Preces enim, gratiarum actiones et laudes, more scripture, uocabant sacrificia et oblationes. Hec enim sunt græci Canonis uerba, Tua ex tuis tibi offerimus in omnibus et per omnia, te glorificamus, te benedicimus, tibi gratias agimus Domine, et deprecamur te Deus noster. Item, Etiam offerimus tibi rationabile hoc et incruentum obsecuum, et quæsumus et deprecamur et supplicamus et petimus, demitte Spiritum tuum sanctum super nos et super apposita munera ista et cetera. Et in Missa Basiliæ extat hæc oratio pro offerentibus missa ad aram communionis.

Μνήσθι κύριε τῷ πτῶτῳ δῶρο σοὶ τὰυτα προσκομισάντωρ, κολλύπτερόν μη, κολλάδι ὡρί κολλέφοις εντὸς προστεκόμισαμ.

Observabis autem in prioribus uerbis, que ex Canone græco sumpta sunt, offerri, hoc est, gratias agi pro rebus ad aram oblatis, non tantum à Sacerdote, sed et à plebe, ideo hæc oblatio, hoc est, gratiarum actio, non solius Sacerdotis, sed et plebis est.

Apparet autem posteriora uerba, que in Latiano Canone subiiciuntur, Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum uite

et cetera.

## DOCTRINA IV STIPIC:

eternæ, & calicem salutis perpetuae, ab aliquo im-  
docto & superstitione esse adiecta, qui non preces et  
gratiarum actiones, sed filium Dei offerri putabat,  
id quod nullius hominis, sed solius filij Dei est, qui  
ut græcus Canon habet, est προσφέρων Ιησού προσφέ-  
ρομένον offerens & oblatio.

Hic enim Pontifex & hostia, ut Ephe. 5. dicitur, Tradidit semetipsum pro nobis oblationem, &  
hostiam Deo in odorem suavitatis. Et Heb. 9. Christus  
Pontifex per proprium sanguinem introiuit se-  
mel in sancta, & semetipsum obtulit immaculatum  
Deo &c. Et Cap. 30. Sanctificati sumus per obla-  
tionem corporis Iesu Christi semel &c.

Cogita autem quanta sit blasphemia sacrificus  
lorum, affirmantium, se filium Dei in Missa pro pec-  
catis populi, pro redimendis animabus offerre, cum  
Christus semel & unica sui oblatione nos sanctifica-  
rit, & redemerit, quasi uero oblatio ipsius Christi  
non sufficiat, nisi & Sacerdotis oblatio accedat.

Tales igitur missatores contumeliosi sunt  
in passionem, mortem &  
resurrectionem  
Christi.

Eccliby

DE QVARTA CANONIS PARTE.  
SEQVITVR IN  
CANONE.

**S**VPR A quæ propicio ac sereno uult  
Tu respicere digneris, & accepta habe-  
re, sicut accepta habere dignatus es, mu-  
nera pueri tui iusti Abel, & sacrificium  
Patriarchæ Abrahæ, & quod tibi obtulit  
summus Sacerdos tuus Melchisedech  
sanctum sacrificium, immaculatam ho-  
stiam.

Hanc prectionem, si de filio Dei, quem se sa-  
crificuli offerre affirmant, intelligas, sicuti senti-  
unt omnes assertores Missæ, nihil potest horribilius  
cogitari.

Precatur enim Sacerdos homo miser & pec-  
cator, ut Deus Pater, unigenito filio, qui solus pec-  
catum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius,  
tanquam peccatori uelit esse propicius, & cum seu-  
reno uultu respicere, & habere acceptum, sicuti  
munera Abeli &c. Cum tamen vox Dei Patris, de  
cœlo sonans, testetur hunc esse dilectum filium suum  
in quo delectetur, sine quo nihil potest esse gratum et  
acceptum Deo patri, sicuti 3. Petri. 2. dicitur.  
Ceterum

## DE QVARTA CANONIS PARTE.

Cæterum, certum est hanc prectionem siue  
Scholastico, siue à quocunq; consarcinatore, ex  
Missa Basilij in latinam Ecclesiā non sine corrup-  
tione translatam esse, sic enim in græca Basilij Mis-  
sa hæc leguntur.

**R**ESPICE super nos ó Deus, siue  
per hunc cultum nostrum & accipe  
hunc, sicut accepisti munera Abel & Sa-  
crificia Noe &c. Intelligit autem per λατέρια  
siue cultum, preces, gratiarum actiones, laudes, Ele-  
emosynas & oblationes munerum ad aram, & to-  
tam illam εὐχαριστίας actionem.

Ideo etiam subiicitur, Supplices te rogamus  
omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus san-  
cti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectum  
diumæ Majestatis tue, sicuti et Græcus Canon habet,  
πρόσδεξαι καὶ ἡμῶν τῷ μαρτυρῷ τῷ δέκτη, ποιήσαι  
καὶ προσαγαγεῖν ἀγίων σου πυριασκεῖν &c.

Verum nostri Sacrificuli intelligunt hæc uer-  
ba, non de precibus & gratiarum actione, sed de  
pane & uino conuersis in corpus & sanguinem  
Christi, quæ si per Angelum perferantur in Altare  
celestē, quid ipsis reliquum erit, de quo comedant  
& bibant?

## DE MERITIS SANCTORVM

¶ bibant? Ita stolidi ipsi ignorant quid petant dub  
milla actione Missæ agant.

Postremò sequitur commemoratio seu precia  
tio pro mortuis, Nam de ceteris partibus sequentibus  
breuitatis causa nihil dicam. Sunt autem hæc pre  
stationis uerba:

**M**EMENTO etiam Domine fas  
mulorum familiarumq; tuarunt  
N. qui nos præcesserunt cum signo fidei,  
& dormiunt in somno pacis, Ipsi Dos  
mine & omnibus in Christo quiescenti  
bus, locum refrigerij, lucis & pacis ut in  
dulgeas deprecamur, Per eundem Christi  
stum Dominum nostrum, Amen.

**R**ECTE hoc loco piæ memoriae  
in confutatione Canonis, inquit Lutherus,  
Orat pro dormientibus in somno pacis, & quiescen  
tibus in Christo, & habentibus signum fidei, Si quis  
escunt in Christo, nonne insanis, qui pro ipsis inter  
cedis? Quomodo eis indulgetur locus refrig  
erij & pacis, cum iam nunc pace &  
quiete fruantur? Ita quid dicant  
nescientes, omnia inuol  
uunt mendacijs.

ANNE

AN NECESSE SIT ORARE PRO MOR.

AN NECESSE SIT  
ORARE ET OF-  
FERRE PRO

mortuis, & an sit pur-  
gatorium.

**S**ED HIC AGITATVR

Questio, Vtrum necesse sit orare & offerre pro  
mortuis, & utrum sit Purgatorium?

Supra aliquoties dictum est, prodesse ad dijudic-  
ationem controversiarum Ecclesiasticarum, tenere  
ritus ueteris Ecclesiae, ex quibus non recte intellectis  
multi posterioribus temporibus superstitioni cultus  
nati sunt.

Fuit apud Ethnicos mos, ut in diebus natalitij  
& in funerum pompis, epulae darentur populo, &  
præsertim egentibus.

Quin etiam cibus & potus ponebatur super  
tumulos defunctorum, quem ritum Augustinus Ser-  
mone 15. de Sanctis, graui bus uerbis taxat, Miror  
Inquit, cur apud quosdam infideles hodie, tam pere-  
nitiosus error increuerit, ut super tumulos defun-  
ctorum cibos & uina conserant, quasi egressæ de  
corporibus animalium, carnales cibos requirant &c.

## DE QVARTA.

Hic mos ex gentilitate, duravit etiam aliquando  
dū apud eos, qui ex gentibus ad Christum conuerſi  
erant. Ideo ibidem inquit Augustinus, Cessate fra  
*Animas* tres ab hoc gentili infidelitatis errore. Animæ enim  
piorum es sanctæ quæ in hoc seculo, aut per uitæ innocentiam  
se cum puræ sunt, aut poenitentiæ satisfactione purgantur,  
Christo, à saluatore nostro recipiuntur, & cum eo esse cre  
non in pur dendæ sunt, secundum Apostoli dictum, Cupio dis  
gatorio. solui, & esse cum Christo.

Hic igitur mos apud Christianos, ut supra quoq;  
ostensum est, correctus & emendatus est hoc modo,  
ut in templum & ad aras in cœna Domini & in fu  
neribus fierent oblationes panis, uini, & aliarum  
rerum in usus pauperum.

Ac in funeribus quidem hic mos seruabatur, ut  
non modo pauperibus distribuerentur oblationes pa  
nis & uini, oblatæ ab amicis defunctorum, sed &  
preces & gratiarum actiones, & funebres oratio  
nes in cœtu publico fierent.

*Vetus eæ remonia in funeribus.* **P**rincipio enim sicut hæc à Dio  
nysio in Hierarchia Ecclesiastica describun  
tur, Sacerdos defuncti exuñas in templo ante sa  
crarium statuit, & ibi in cœtu populi, nomine totius  
Ecclesiæ gratias agit Deo æterno Patri Domini no  
stri Iesu Christi, quod per mortem & resurrectio  
nem.

## CANONIS PARTE.

nem filij sui; destruxerit eum, qui mortis habebat imperium, id est, Diabolum, & per eum donauerit credentibus in ipsum uitam & immortalitatem.

Peracta gratiarum actione canuntur a Sacerdote & Choro aliquot sacri Psalmi.

Tertio leguntur de resurrectione mortuorum & promissione uitæ æterne, certi loci ex scriptis Propheticis & Apostolicis, qui enarrantur & expoununtur populo.

Quarto dimituntur Catechumeni ex templis

Quinto, habetur commemoratio Sanctorum defunctorum in Christo, & huius euocati ad consortium cœlestis uitæ, in qua commemorat sanctorum & huius defuncti uirtutes, constantiam in professione fidei, timorem & amorem Dei, castitatem, studium uerbi Dei, officia charitatis, patientiam, & cæteras uirtutes, & ostendit eum in uera poenitentia, agnitione, confessione, & ardenti inuocatione filij Dei ex hac uita ad Christum migrasse, ac circumstantes hortatur, ut horum sanctorum fidem & uirtutes imitentur, & tales exitus ex hac uita petant à Deo.

Postremò adstantes pheretro Sacerdos, precatur Deum, ut huic defuncto, omnia peccata, per infirmitatem humane naturæ commissa, propter filium suum

Q. 3

suum

## AN NECESSSE SIT ORARE PRO MOR.

Suum dimittat, & eum in luce statuat & regione uiorum, in finibus Abrahæ, Isaac & Iacob, in loco ubi non sit dolor, tristitia & gemitus. Post hanc orationem ualedicit & bene precatur defuncto, ac idem pariter omnes adstantes faciunt, deinde super defunctum funditur oleum, & exuiae in honesto loco collocantur.

Ex hac ueteris Ecclesiæ funebri ceremonia ortum est postea, ut & in coena dominica fieret memoria defunctorum, sicuti & S. Augustinus libro 9. Confessionum Cap. 12. & 13. de maire sua referto eam, memoriam sui ad altare fieri, desiderasse, talis etiam commemorat in libro de cura pro mortuis gerenda.

Sed haec mortuorum memoria seu commendatio, non ita fuit superstitiosa sicuti hoc tempore. Nostrorum enim sacrificuli, dicunt se offerre corpus & sanguinem Domini pro uiuis & mortuis, pro redemptione animarum, que sunt in purgatorio. Cum coena Domini pro uiuis solum, non etiam pro mortuis, qui non comedunt, neq; bibunt, à Christo sit instituta.

Illa uero Augustini ætas, sicut Græcus Canon habet, tantum hoc petebat, ut Deus defunctis remittat commissa peccata, & eorum animas collocaret in requie & in loco luminoso, ἐν διπλεσίᾳ οὐρανών, ubi non esset dolor neq; gemitus.

Et illo

## ET AN'S IT PVRGATORIVM.

Et illo tempore, sicuti dictum est, siebant oblationes panis, uini & aliarum rerum, pro reficiendis uinis pauperibus, non pro animabus ex purgatorio redimendis.

Nam quod Augustinus de verbis Apostoli sermo. 32. sic inquit, Hoc enim à Patribus traditum uniuersa seruat Ecclesia, ut pro eis qui in corporis et sanguinis Christi communione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur,

& pro illis quoq; id offerri commemoretur, non intelligi debet, Augustinum sensisse corpus & sanguinem Christi offerri pro mortuis, quod alterius operis aut oblatione, nemini alijs siue uiuenti, seu mortuo applicari potest, sed necesse est quenq; uiuum, edentem corpus & bibentem sanguinem Domini, propria fide sibi applicare, iuxta illud, Iustus fide sua uiuet, Verum Augustinus per illud sacrificium intelligit, sacrificium & oblationem precum, que ibi pro mortuis siebant, sicuti orationes saepe more scripturæ sacrificium uocate

Oblatio

pro more

Ceterum certissimum est, nullum in tota scriptura extare expressum mandatum, quod pro mortuis sit orandum aut sacrificandum, aut quod sit locus purgatorij alicubi.

Nam quod illud 2. Macab. 12. obiicitur, sans

## AN NECESSE SIT ORARE PRO MOR.

Ita est & salubris cogitatio pro defunctis exorare  
&c. Constat librum illum non receptum in Canos  
nem, & nepharium est, hoc unicum exemplum totius  
scripturæ consensui & autoritati præferre.

Citatur & pro purgatorio afferendo locus  
Pauli 3. Corin. 3. Si quis superaedificat super  
fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pre-  
ciosos, ligna, stipulam &c. uniuscuiusque opus quale  
sit, ignis probabit, si cuius opus arserit, detrimentum  
patietur, ipse autem saluus erit, sic quasi per ignem,  
quem ignem intelligunt Purgatorium, cum ex in-  
ferno nulla sit liberatio.

Huius loci quæ sit sententia manifestum est,  
Fundamentum est doctrina Prophetarum & Apo-  
stolorum summo angulari lapide ipso Iesu Christo,  
Eph. 2.

Architecti seu aedificatores, sunt doctores Eco-  
clesiae Dei, quorum alij aurum, argentum, lapides  
preciosos, hoc est, utilem & necessariam explicatio-  
nem, & ueros ac spirituales cultus supra fundamenta-  
tum extruunt.

Alij autem lignum, fœnum, stipulam, id est, hu-  
manas traditiones & opiniones tales, que multum  
erroris secum tradunt, & puram doctrinam obscus-  
rant, ut sunt Monachatus, Doctrina de satisfacionia  
b. 158

AN SIT PVRGATORIVM  
bus, de sacrificio Missæ, de invocatione Sanctorum, et  
tales plurimæ aliæ.

Locus 3.

Hæc uero opera qualia sint, dies, hoc est, tempus declarat, an scilicet sint opera firma, perpetua, explicatas solida, an duret aut evanida sit ipsorum doctrina sicuti dies declarauit traditiones de delectu ciborum, de coelibatu & alias, esse stipulas, ideo evanuerunt, cum fundamentum doctrina Prophetica & Apostolica tot persecutionibus, tanquam igni probata contra inferorum portas, contra totius mundi potentiam, manserit inconcussa & firma.

Vtitur enim more scripturæ similitudine sumpta ab auro & argento, quod in igne probatur, sicuti Psalm. 12. dicitur: Eloquia Domini eloquia mundæ, argentum igne examinatum, in uase seco purgatum septies.

Ita hic dicit singulorum doctorum Ecclesiæ doctrinas per diem & ignem, hoc est, per tempus tentationis afflictionis & persecutionis probari, sicuti 1. Pet. 1. scriptum est. Nunc ad breue tempus afflitti in varijs experimentis, si opus sit, quo explosatio fidei uestræ, multo preciosior auro, quod periret, & tamen per ignem probatur, reperiatur in laudem & gloriam & honorem. Et 1. Petri. 4.

Q 5 Chariſſimi

## AN NECESSE SIT ORARE PRO MOR.

Charissimi ne miremini, dum per ignem exploravimus  
et que res ad experimentum vestri sit &c.

Ligna igitur, fœnum et stipulae humanarum traditionum, ut est doctrina de cœlibatu, uotis mortis, nasticis, de prohibitione ciborum, de invocacione mortuorum Sanctorum, et talia alia à Gregorio, Bernhardo, Bonaventura et alijs pīs et sanctis uixit per ignorantiam, supra fundamentum doctrinæ Propheticæ et Apostolice extructæ, reuelatae per diem lucis uerbi Dei et probatae per afflictiones exuruntur, neq; consistere possunt, cum ex eis conscientia firmam consolationem habere nequeant, ipsi tamen edificatores, quia fundamentum Christum retinent, et fiducia huius Mediatoris contra peccatum et mortem sese sustentant, saluantur, sed sic tanquam per ignem, hoc est, quod tandem poenitentiam agunt, agnoscunt stipulas et errores suos, et in solo fundamento consistunt, sic multi Sancti Patres seruati sunt &c.

Citantur pro extruendo purgatorio et multe alie sententia, Quales sunt.

Matth. 12. Qui dixerit uerbum contra spiritum sanctum non remittitur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro.

Et Matth. 5. Esto consentiens aduersario, si lo ducas in via cum eo, ne forte tradat aduersariu*te* iudiciu*m*.

## ET AN SIT PURGATORIUM.

te iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcere  
rem mittaris, Amen dico tibi, non exibis inde donec  
reddas nouissimum quadrantem.

Horum locorum una est & simplicissima sen-  
tentia, peccatura contra Spiritum sanctum nunquam  
remitti, & cum qui perseveret in odio aduersus fra-  
trem usq; ad extremum halitum, nunquam egressio-  
rum carcerem aeternae mortis & damnationis.

IItem, Psalm. 65. Transiimus per ignem & ac-  
quam, Quæ sententia non de purgatorio, sed de per-  
secutionibus loquitur, sicuti illa Psal. 37. Igne me  
examinasti.

Allegantur etiam hic Augustini, & quorun-  
dam aliorum Patrum autoritates, quos constat fuisse  
in ea sententia, ut putarent esse Purgatorium, sed  
horum autoritas non debet allegari contra manife-  
stum verbum Dei, cuius prima autoritas esse debet,  
Sunt autem multi ex illis ipsis Patribus, qui purga-  
torium esse negant, & ipsi sibi in hoc sunt contrarii.  
ut postea ex ipsorum scriptis ostendemus.

**M**anifesti scripture loci sunt, pios ex hac ui-  
ta discedentes, quiescere, & esse sine dolore  
beatos & esse cum Christo &c. Impios autem in te-  
nebris, in morte & dolore, & torqueri aeternis poe-  
nis.

Non esse  
purga-  
torium.

Apo cal

AN NECESSE SIT ORARE PRO MOR.

Apocalyp. 34. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Sapientie. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Et ibidem Cap. 4. Iustus si morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

Lucæ 16. Diues impius torquetur in inferno, Lazarus pauper, pius in sinu Abrahæ, fruitur uitæ & eterna consolatione &c.

Iohannis 5. Amen, amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, sed transiit à morte in uitam. Negat eos transire in Purgatorium, sed à morte in uitam, sicuti & Latroni credenti promittit Christus, Hodie tecum eris in Paradiso, cui certè homicide magnis & multis peccatis contaminato, opus erat purgatorio, si quod esset, aut unquam fuisset &c.

Philip. 1. Cupio dissolui & esse cum Christo.

Iohan. 3. Qui credit in filium habet uitam æternam, qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum.

Tales plurimæ sunt sententiae scripture, quæ testantur tantum duo esse loca, post hanc uitam, Vnum piorum, Alterum autem impiorum, Quare non credimus ijs, qui tertium purgatorij fingunt.

CVM

ET AN. SIT PVRGATORIVM.

**C**VM igitur pij ex hac uita mis-  
grantes, à morte, iuxta dictum Christi, in ui-  
tam transcant, Primum non est necesse neq; orare Non oran-  
pro eis, neq; sacrificare, quia non extat in scriptura, dum aut  
neq; præceptum, neq; exemplum receptum & pro offerendū  
batum, ut pro mortuis oretur, quos, si in aguitione pro mor-  
tuis in inuocacione filij Dei ex hac uita discesserint, iux-  
ta editas promissiones omnino credendum est, esse  
cum Christo, sicut Stephanus ex hac uita discessurus  
plenus fiducia orat, Domine Iesu, suscipe Spiritum  
meum, ita omnium credentium in Christum animas  
credamus suscipi à Christo, Frustra igitur oratur  
pro ijs, qui iam consuetudine æterna & dulcissima  
Christi filij Dei, & sanctorum Angelorum fruuntur.

Deinde in libris Moysi & Regum, multorum  
Patrum & piorum hominum excessus ex hac uita  
commemorantur, & funera ac exequiæ describun-  
tur copioso sermone, Verum nuspiciam inuenias pro  
mortuis factas peculiares preces aut oblationes. Est  
autem impietas credere ad expianda peccata, uel ui-  
uentium uel mortuorum, opus esse alia oblatione,  
quam illa unica Christi æterni Pontificis nostri, qui  
una oblatione consummavit in sempiternum sancti-  
ficatos, Heb. 10.

Nostram

AN NECESSE SIT ORARE PRO MOR.

NOstram sententiam confirmant  
et hec sanctorum Patrum dicta.

Ambrosius libro de bono mortis.

**Q**VI h̄ic non receperit remissionem  
peccatorum, illi c̄ non erit (scilicet in com-  
munione sanctorum) non erit autem, quia ad uitam  
eternam non potuerunt peruenire, quia uita eterna  
remissio peccatorum est.

CYPRIANVS contra Demetrias  
num tract. 3.

**Q**VANDO istinc excessum fues-  
tit, nullus iam locus poenitentiae est, nullus  
satisfactionis effectus. Hic uita aut amittitur, aut  
tenetur, hic saluti aeternae, cultu Dei & fructu fidei  
prouidetur &c.

HIERONYMVS qui citatur 13.

q. 2. C. In presenti.

**I**N praesenti seculo scimus, siue ora-  
tionibus, siue consilijs, inuicem nos posse adiu-  
uari, Cum autem ante tribunal Christi uenerimus,  
nec Job, nec Daniel, nec Noe rogare posse pro quis-  
quani, sed unumquenq; portare onus suum &c.

AUGVSTINVS in Euangelium

Iohannis, tractatu 49.

Habent

ET AN SIT PURGATO?

**H**AVENT omnes, cum de seculo  
exierint, diuersas receptiones suas, habent  
gaudium boni, & mali tormenta. Sed cum facta fuerit  
in resurrectio & bonorum gaudium amplius erit,  
& malorum tormenta grauiora, quando cum coro  
pore torquebuntur. Recepti sunt in pace sancti Pas-  
triarche, Prophetae, Apostoli, Martyres, boni fide-  
les, Omnes tamen in fine recepturi sunt, quod pro-  
misit Deus, Promissa enim etiam est carnis resurrec-  
tio, mortis consumptio, uita eterna cum Angelis.

Hoc simul omnes accepturi sumus. Nam requie-  
em, que continuo post mortem datur, si ea dignus es-  
tunc accepit quisque cum moritur. Si una omnibus es-  
requies, non minus pro quoque ex grege fideliuum sur-  
peruacuum fuerit orare, quam pro Isaias uel Paulo,  
sed pro his certe orandum aut offerendum non est,  
cum pie creditur, ippos, cum sint cum Christo, pro  
nobis orare.

Sic Græcus Canon ait, Offerimus tibi rationa-  
bile hoc obsequium pro his qui in Christo requie-  
scunt Propatriis, Patribus, Patriarchis, Prophetis,  
Apostolis &c. Certe non hic fit oblatio ut sancti Pas-  
triarche, Prophetae, Apostoli, liberentur ex purga-  
torio, aut à poena et culpa, quos Ecclesia credit frui  
in eterna uita.

Non orans  
cum pro  
Isaias aut  
Paulo.

Quare

AN NECESSE SIT ORARE PRO MOR.

Oblatio in coena **Q**UARE illa oblatio quæ in coenâ Domini fiebat, nihil aliud erat, quam gratia Domini tiarum actio, quod horum ministerio & uoce Ecclesie quid fuisse siam collegisset Deus, quod uerbum dedisset & propagasset per totum orbem terrarum, & suam uoluntatem reuelasset. Hæc manifesta sunt, neque ab Aduersariis negari possunt, qui tamen uerbum oblationis semper de oblatione corporis & sanguinis Christi intelligunt.

AVGVSTINVS contra Pelag:

*Hypognost: libro 5.*

**P**RIMVM fides Catholicorum, diuinâ autoritate Regnum credit esse cælorum, unde, non baptisatus, excipitur.

Secundum gehennam, ubi omnis Apostata, vel à Christi fide alienus, supplicia experiat.

Tertium poenitus ignoramus, immo nec esse illa scripturis sanctis inuenimus.

Et alibi, Optimum esset in incertâ re, de qua scripturæ non modo tacent, sed etiam contrarium dicunt, ne quid afferent, secundum sententiam sapientis Senecæ: De rebus incertis non debes affirmare, sed incertum iudicium tene.

Hæc de memoria morturum & ceteris partibus, Cap.

## CONFUTATIO ARGUMENTO: ETC.

bus Canonis monuisse sit satis. Nam omnia uelle per sequi infiniti propemodum laboris est, nec etiam ita necessarium aut opere praeium esse arbitror.

Nunc igitur, pertexta historia de Missa, ad sus  
pra in initio institutam confutationem nobis redi-  
undum est.

## CONFUTATIO AR- GUMENTORVM, quæ pro assertione Mi- sa allegantur.

### PRIMA RATIO EX QVA

Missam asserere conantur Pontificij, sumitur ex uerbis institutionis Cœnae Dominicæ. Adfirmant enim duo continere uerba institutionis, Primum distributionem & sumptionem corporis & sanguinis Domini, Deinde præceptum de sacrificio commemorationis.

Hec enim uerba (Hoc facite in mea commemorationem) contendunt referendas esse, non tantum ad sumptionem, sed etiam ad oblationem.

Obtestamur per Deum omnes pias mentes, ue-

R

verba

CONFUTATIO ARGUMENTOR: QVAE  
uerba institutionis Domini cœna, diligenter &  
sine Sophistica ac dextre expendant, quæ cum certa  
& manifesta per se sint, non opus habent longiori  
explicatione.

A natura  
Sacrumen  
ti.

Certum est Sacra menta esse signa externa con-  
iuncta cum promissione, in quibus Deus suæ dona  
NOBIS offert & dat, non in quibus nos Deo aliquid  
offerimus, aut damus.

Vt in Baptismo nihil à nobis offertur, aut da-  
tur ipse Deo, sed Deus per laverium aquæ, signum  
externum, & per promissionem attextam illi signo,  
(Qui crediderit et Baptisatus fuerit saluus  
erit) nobis in filium Dei credentibus, & lotis ac  
mundatis eius sanguine, quem Baptismus refert, of-  
fert & dat gratis propter filium remissionem pec-  
catorum, donum Spiritus sancti, & hereditatem uia-  
tæ æternæ.

Sic et in cœna cum pane & uino, corpore &  
Janguine suo, & addita promissione, Christus SVA  
dona & beneficia NOBIS offert & communicat,  
non nos offerimus Christo aut Deo Patri nostra dona  
aut beneficia.

MAR. 14. Sic enim sonant uerba, Accepit panem  
& benedicens fregit, ac dedit discipu-  
lis, dicens, Accipite, comedite, hoc  
est cor.

PRO ASSERTIONE MISSAE ALLEGAN.  
est corpus meum &c. Et accepto calice  
gratias agens dedit eis &c.

Hic Christus suum corpus & sanguinem dat  
& offert discipulis, non discipuli dant aut offerunt  
ipsi Christo, inquit enim Accipite, uult Christus  
SVA DONA ab ipso nobis oblata, nos accipere,  
non illa a nobis dari aut offerri.

Frangit autem & dat non ut ipsum offerant,  
aut sacrificent, Sed ut oblatum per ipsum corpus  
& sanguinem suum comedant & bibant, Accipi-  
te, inquit, Comedite & bibite, quod certe non  
est dare aut offerre, sed oblatis uesci & frui.

At que comedere & bibere, in nostrum usum  
ad confirmandam fidem nostram, iubemur, certe illa  
Deo offerri non possunt. Pugnant enim respectu eius-  
dem rei accipere & offerre.

Quæ Deus in meum usum mihi offert, ut acci-  
piam, certe illa nullo modo ei offerre aut reddere  
debo, sed pro oblatis à Deo, & à me acceptis, ut  
hic est corpus & sanguis Christi, gratias ei ago &  
offerro, non corpus Christi ab ipso mihi oblatū, quod  
comedi, neq; sanguinem quem bibi, sed offero sacra-

R 2 ficium

## CONFUTATIO ARGUMENTORUM: QVAE

'Oblatio sicutum gratiarum actionis pro his tantis donis, à  
gratiarū Christo & aeterno Patre mihi & Ecclesiæ datis, una  
actionis. de & 2uxagisio hoc Sacramentum dicitur, quod  
fit gratiarum actio pro exhibito et donato beneficio,  
& agere gratias, est testari se à Deo accepisse, non  
illi aliquid offerre aut dare.

Sed quod tanta bonitas Dei est, quod hanc  
gratiarum actionem, sacrificij loco uelit acceptare,  
in hoc nihil est, quod ego de meo possum gloriari  
aut per hoc promereri, uel mihi uel alijs, sed eo ma-  
gis ipsius bonitatem predicare & admirari debeo,  
qui etiam gratiarum actionem, sacrificij & doni loco  
uelit acceptare &c.

Sic Patres hoc Sacramentum per κατάγοντες  
Discrimen uocant Sacrificium, cum sicuti supra dictum est, Saa  
Inter Sa. cramenta sint propriè in quibus Deus sua dona nobis  
cramenta offert, Sacrificia uero in quibus nos Deo aliquid of-  
ferimus, atq; illa quidem oblatio, que hic fit, nihil  
aliud est, quam gratiarum actio, quod filium suum  
caelestis Pater nobis donauit.

Cæterum posteriora uerba institutionis  
(Hoc facite in mei commemorationem)  
non loquuntur de sacrificio, ut aduersarij contendunt,  
sed

## PRO ASSERTIONE MISSAE ALLEGAN:

Sed de sumptione. Nam hec uerba refert Christus ad priorem totam actionem, Accipite, comedite, hoc est Corpus meum &c. Bibite ex hoc calice omnes, Et ita comedentes & bibentes, Facite hoc ad mei recordationem, nempe, quod corpus meum pro uobis tradiderim, & sanguinem meum pro uobis effuderim, in remissionem peccatorum.

Ita Paulus hec uerba, non de sacrificio, sed sumptione interpretatur, cum inquit, Hoc facite quotiescumq; biberitis, in meam commemorationem, Quotiescumq; enim, ait, comederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciate, donec ueniat.

Coniungit commemorationem cum sumptione, quam assertores Missae à sumptione separant, et ex ea sacrificium, contra Christi institutum & praeceptum extirunt.

Est enim manifesta sententia, quod in hac publica coenda, in qua eius corpus comeditur, & sanguis preciosus bibitur, uult cum hac actione coniungi simul celebrationem beneficiorum suorum, & pro ijs gratiarum actiones non uult offerri corpus

## CONFUTATIO ARGUMENT: QVAB

¶ sanguinem suum, sed illud comedi & bibi. Deinde beneficia sua nobis exhibita celebrari & latè spargi, quam celebrationem nominis diuini, & preces ac gratiarum actiones, coniunctas cum sumptuone Sacramenti, si quis, more sanctorum Parrum, sacrificium, id est, sacram actionem appellare uelit, faciat id sane, modo ne intelligat Christum Deo Patri pro ignorantibus populi, pro peccatis, pro redemptione animarum nostrarum, pro spe salutis (sicuti Canonis uerba sonant) à sacrificulo iterum offerri, qui una oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos.

Quid nos  
in coena  
Domini  
offeramus

Neq; enim quisquam filium Dei offerre potest, quam ipse fecit, ipse enim est προσφέων καὶ προσφερόμενος, offerens & oblatio, ut græcus Canon habet, & ueteres dixerunt. Offerimus autem non corpus & sanguinem Christi, qui nobis non ad offendum, sed ad comedendum & bibendum, ab ipso Christo offeritur & datur, sed preces, laudes, & gratiarum actiones, quas coenæ dominicæ coniungimus, sicuti præceptum est, Hoc facite in mei commemorationem.

Hanc explicationem uerborum institutionis coenæ dominicæ esse ueram, propriam & manifestam, sciunt omnes piæ mentes.

secunda

PRO ASSERTIONE MISSÆ ALLEGANT.

II.

SECUND A assertio Missæ sumpta

Sest ex traditione Apostolica, Adfir-  
mant enim Apostolos Missam à Domino acceptam Quia tr-  
adidit ab  
Plam, sic Ecclesijs tradidisse.

Vtinam coena Domini ita perpetuo in Ecclesijs Apostolis.  
esset servata, sicuti à Domino acceptam Ecclesijs  
tradiderunt Apostoli, profecto nihil in ea habere-  
mus idolatriæ & superstitionis, non essent Missæ  
priuatæ, non fierent oblationes pro mortuis aut ui-  
vis, non pro animabus ex Purgatorio redimendis,  
non pro delendis peccatis, non esset sacrificium pro-  
piciatorum, non essent tot aræ, tot sacrae uestes,  
nulla esset mortuorum inuocatio, memoria uiuorum  
& mortuorum, quibus Missa applicatur, non habe-  
rentur Missæ pro fælici mercatu & uenatu, pro  
peregrinantibus, contra pestem, contra bella, fæ-  
mem, febrim, non essent sacrificuli rati, uncti, in-  
duti alba, stolis, manipulis etc. Est enim infinitus  
prope Missarum abusus.

Quomodo autem Missam seu potius coenam  
Dominicam acceptam à Domino Ecclesijs tradidea-  
rint Apostoli, manifeste testantur Euangeliæ &  
præcipue Paulus 1. Corinth. 11. de quo cum supra  
in capite, Quomodo & per quos Missa subinde ad-

R 4 iectis

**CONFUTATIO ARGUMENTO : QVAE**  
iectis ceremonijs, & accumulatis superstitionibus &  
abusibus sit aucta, plurima sint dicta, non est nece-  
sa hic repetere.

**III.**

**T**EERTIO Dicunt Missam ab ipsis  
Apostolis auctam, & ad uerba conse-  
crationis, à Petro additam orationem Dominicam,  
& eo modo Petrum ipsum Missam celebrasse, & Ia-  
cobum fratrem Domini, Ac Basiliūm præcepisse ce-  
lebrationem Missæ, quæ qua facilitate, sine ullo  
scripturæ testimonio, asseruntur, eadem etiam repro-  
bari possunt.

Fieri potest, quod in coena Domini publica, A-  
postoli orationem Dominicam dixerint, sed nullam  
ab ijs Missam priuatam, pro uiuis & mortuis, nul-  
lam sanctorum invocationem ab illis esse celebratam  
manifestum est, neq; enim Missa multis seculis aliud  
sunt quam coena seu communio corporis & sangu-  
nis Domini in cœtu publico, ut supra ostensum est.

Ridiculum uero & manifestum mendacium  
est, quod fingunt Iacobum & Basiliūm contempo-  
raneos, quorum Iacobus circa annum Domini 62.  
mortuus est, Basilius circa annum 360. post Chris-  
tum natum uixit.

[Quarto

# PRO ASSERTIONE MISSAE ALLEGAN.

## III I.

**Q**UARTO allegatur autoritas discipulorum Apostolorum, qui eodem modo missas celebrarint, quo nunc habentur, Et citatur hic dictum Ignatij ex Epistola ad Smirnenses, Propterea non licet sine Episcopo neq; sacrificium immolare, neq; missas celebrare.

Obserua-  
ta Missa  
ab Aposto-  
lorum di-  
scipulis.

Intelligunt Pontificij, Ignatium de suo sacrificio, iam multis modis contaminato & prophanato, loqui, cum simplex sit sententia, non licere sine discrimine & ordine, omnibus & quibus uis agere & conuocare ecclesis & conuentus publicos & Ecclesiasticos, neq; ad sacrificia immolanda, hoc est, ad doctrinam Euangeliij, seu ad preces, aut gratiarum actiones, quae officia & Ecclesiastica, à ritu veteris sacrificij Testamenti & more scripture, Patres, Apostoli, & Apostolorum discipuli, uocabant sacrificij immolationem.

Neq; etiam licere paſſim omnibus sine uocazione, conuocare populum ad Missam, hoc est, ad Synaxin & conuentum coenæ Dominicæ.

Citant homines imperiti græci sermonis interpres latinos, qui cœwæcœs publicos conuentus,

R S.

Missas

## CONFUTATIO ARGUMENTOR: QVAB

**Missas**  
quid uoca-  
rim.

Missas uerterunt, ubi apud Ignatium, Sozomenum et ceteros grecos Ecclesiasticos scriptores sunt uerba ἐκκλησιάζειν, συνάγειν, πολέμησιν καταπολέμειν, επιτελέσι, quæ uerba nihil aliud significant quam conuocare, congregare populum, habere conuenientem, ut Socrates lib. 3. Cap. 9. δι γρ μελιτιούς κολουδίσαντες, idīα σωμάτιο. Quod Epiphanius uertit, Meliti sequaces, Missas facientes seorsum, quod uertendum erat scorsum conueniebant.

**Missæ pub-  
lici cons-  
uentus po-  
puli.**

Intelligit autem Epiphanius non Missas Pontificias, quas eius temporis Ecclesia prorsus ignorauit, & si nouisset, execrata esset, sed publicos conuentus populi ad facienda sacra, hoc est, ad audiendum uerbum Dei, ad preces, Gratiarum, actiones, ad cœnam Domini &c.

**Oblatio-  
nes ueteris  
& noui  
Testamen-**

Sicut enim ueteris Testamenti populus pecus dum sacrificia, certis temporibus immolabat, ita noui Testamenti populus, per Episcopos, Presbyteros & ministros uerbi certo tempore propter eutragias conuocatus, offert uitulos labiorum, Sacrificia laudes, gratiarum actionis, precum &c.

Scelestè faciunt igitur qui sanctorum hominum dicta ad stabiliendas abominationes Missarum Pontificiarum

PRO ASSERTIONE MISSAE ALLEGAN:

tificiarum citant, quos corruptores, si uiuerent uel Apostoli uel illorum discipuli, non secus atq; Iohannes Cherinthum, aut Polycarpus Marcionem, aut ceteros adulteratores cœlestis doctrinæ execrarentur.

V.

**Q**VINTA ratio sumitur ē sententijs Patrum, & consensu totius Ecclesiæ omnium temporum, quod Argumentum omnium speciosissimum est.

**C**VM enim ab initio mundi semper in Ecclesia Dei fuerint sacrificia & oblationes, necesse est igitur & in novo Testamento retineri sacrificia in Ecclesia usq; ad finem rerum, & hoc sacrificium seu hanc oblationem, affirmant esse sacrificium Missæ, ubi filius Dei per Sacerdotes, Patri cœlesti offertur, & hunc sic esse offerendum, contendunt esse consensum totius Ecclesiæ & omnium ueterum Scriptorum & Doctorum.

Principiō uero allegatur Irenæi ut uetustissimi, & Apostolorum temporibus uicini autoris sententia, lib. 4. contra hæreses cap. 32. quia autem illa sententia truncata recitatur ab aduersariis, rogo

omnes

## CONFUTATIO ARGUMENT: QVAE

omnes pios Lectores, ut *integra* duo capita 32. &  
33. perlegant, & perpendant, quæ sit autoris sens  
tentia, ac consyderent, de qua oblatione Irenæus lo  
quatur, Nimis autem prolixum & molestum fuerit.  
tota duo capita hic subiçere, tantum monendi Le  
ctoris causa, quædam inde excerptemus.

Irenæi lo  
cus expli  
catus.      Status totius disputationis & controversie,  
quam illis duobus capitibus tractat Irenæus, est hic,  
quod longa serie orationis, multis scripturae locis &  
Exemplis citatis, docet quæ sint uera sacrificia, non  
illa externæ tantum in Lege precepta, sed & intern  
na, ueluti ueram fidem & cognitionem Dei, uerum  
timorem & dilectionem Dei, obedientiam erga Deo  
um, patientiam in afflictionibus, dilectionem, erga  
proximum, & reliquos cultus cordis internos & spi  
rituales, qui nisi cum externis cultibus ex sacrificijs  
sint coniuncti, nihil aliud sunt externi cultus quam  
abominationes, sicuti ibidem citatur Hieremiæ sen  
tentia, *Quo mihi thus de Saba affertis, & Cinamo*  
*mum de terra longinquæ i holocaustomata & sacri*  
*ficia uestra non delectauerunt me, intulit, Audit*  
*sermonem Domini omnis Iuda &c.*

Item, non sum locutus ad Patres uestros, nec de  
holocaustomati bus & sacrificijs præcipi eis, qua die  
eduxi

## PRO ASSERTIONE MISSAE ALLEGAN:

eduxi eos de AEGypto, sed sermonem hunc præcepit  
eis, dicens, Audite uocem meam, & ero Deus uester  
&c.

Talia multa testimonia citantur ibi ab Irenæo,  
Tandem fere circa finem eius capituli sic concludit.

Ex quibus omnibus manifestum est,  
quia non Sacrificia & holocaustomata  
quarebat ab eis Deus, sed fidem & obedi-  
entiam, & iusticiam, propter illorum  
salutem, sicut in Osea Prophetæ, docens  
Deus suam uoluntatem, dicebat, Misericordiam uolo,  
quam sacrificium, & agnitionem Dei super holocaustomata.

Sed & Dominus noster eadem  
monebat eos, dicens, Si enim cognouis-  
setis, quid est, Misericordiam uolo quam  
Sacrificium, nunquam condemnaretis  
immerentes, testimonium quidem redi-  
dens Prophetis, quoniam ueritatem præ-  
dicabant, illos autem arguens sua culpa  
insipientes.

Hactenus

## CONFUTATIO ARGUMENTO : QVAE

**Externi** Hactenus Irenæus ostendit plurimis testimonij cultus nō scripture, Deum damnare & execrari Sacrificia ea profunt si opinione facta quod ex opere operato, etiam sine fide, sine poenitentia, sine obedientia & dilectione Dei & proximi, ualent ad promerendam æternam uitam, Et Deum ideo instituisse hos externos cultus & ceremonias, ut nos de internis & ueris cultibus commones faciant, uidelicet de fide, dilectione &c. Sicuti & Ioan. 4. dicitur. Veri adoratores, adorabunt Patrem in spiritu & ueritate, Et Petrus ait, Offerentes hostias spirituales, acceptabiles per Christum.

**Fides.** Omnibus enim Sacrificijs & operibus, fidem in olim promissum & iam exhibitum Mediatorem, praecipue lucere necesse est, alioqui sunt ingrata Deo, quia per hunc solum patet nobis accessus ad Patrem.

Vocat autem oblationem noui Testamenti, non natus oblationem corporis & sanguinis Christi, que Sacra eerdotem Deo patri offerre fingunt assertores Missionem apud sae, sed totum cultum illum externum et spiritualem, uidelicet primum spiritualem, ueram poenitentiam, cor ex agnitione peccati & timore Dei contritum et humiliatum, ac fiducia mediatoris confugiens ad Deum, petens & credens sibi propter illum gratis remitti peccata, ac gratias agens æterno patri, quod misericordia

## FRO ASSERTIONE MISSAE ALLEGAN:

miserit et dederit filium hostiam pro peccatis nostris,  
¶ hanc fidem sumptione sacrosancti corporis et san-  
guinis Domini testificans & confirmans seu obsig-  
nans, Studium item propagandi Euangelij Christi  
¶ c.

Deinde etiam docet coniungendos esse exter-  
nos cultus his spiritualibus, uidelicet nouam obedi-  
entiam, dilectionem proximi, & cæteras uirtutes, Et  
loquitur præcipue de Eleemosynis, que in coena Do-  
mini distribuebantur pauperibus, quas vocat oblatio-  
nes primitiarum, modo loquendi sumpcio ex ueteri  
Testamento, ubi primitiae fructuum ex precepto  
Domini offerebantur. Sic etiam in novo Testamen-  
to inquit Christum præcepisse, ut oblationes fiant in  
uas pauperum, que in primitiva Ecclesia ferre cum  
fiebant & offerebantur cum Dominica coena habe-  
retur. Hæc autem sunt Irenæi uerba:

**S**ED & suis discipulis dans consili-  
sum primitias Deo offerre ex suis  
Creaturis, non quasi indigenti, sed ut  
ipſi nec infructuosí nec ingrati sint,  
eum, qui ex Creatura panis est, accepit,  
& gratias egit dicens, Hoc est meum  
corpus, Et calicem similiter, qui est ex  
creatura, quæ est secundum nos, suum  
sanguinem

CONFUTATIO ARGUMENTO : QVAB  
sanguinem confessus est, & noui Testa-  
menti nouam docuit oblationem, quam  
Ecclesia, ab Apostolis accipiens, in uni-  
uerso mundo offert Deo, ei, qui alimen-  
ta nobis præstat, primicias suorum mu-  
nerum in nouo Testamento, de quo in  
duodecim Prophetis Malachias sic præ-  
significauit, Non est mihi uoluntas in uos  
bis dicit Dominus omnipotens, & sacri-  
ficium non accipiā de manibus uestris,  
Quoniam ab ortu Solis, usq; ad occasum  
nomen meum glorificatur inter gentes,  
& in omni loco incensum offertur no-  
mini meo & sacrificium purum.

**H**VNC totum locum Irenæi &  
sententiam Malachiae detorquent aduersarij  
ad stabiliendum sacrificium Missæ, de quo et Irenæa  
um & Malachiam hic loqui affirmant.

Sed expendentibus uerba tum Irenæi, tum Ma-  
lachiae facilis est sententia, Qui Missam assertunt, di-  
cunt post consecrationem panem non esse creaturam  
seu panem, sed transmutari & conuerti in corpus  
Christi.

## CONFUTATIO ARGVMENTO: QVAE

Christi, & dicunt se aeterno Patri offerre, seu ut Offerre  
nunc loquuntur, sistere filium suum, Filius autem ex creatu-  
Dei certe Creatura non est, sed omnium creaturae ris primis  
rum Creator. At Irenaeus inquit, Dominum dediſtis Deo.  
Se consilium Discipulis suis, ut ex creaturis suis, of-  
ferant primicias Deo.

Apparet igitur Irenaeum non de sacrificio filiis  
Dei in Missa loqui, sed de oblationibus & muneriali-  
bus, que fiebant ad altare, tum, cum cena Do-  
mini habebatur, de precibus et gratiarum actionibus,  
de predicatione Euangelij inter gentes per tosum ter-  
rarum orbem, que ipsa predicatio Euangelij, est  
sacrificium, sicuti paulus Rom. 15. ait. Sum mi-  
nister Iesu Christi, in gentibus, sacrificans Euange-  
lium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta & sanctifi-  
cata in spiritu Sancto, In quam sententiam Irenae-  
us, etiam Malachiam citat, cuius manifesta uerba  
sunt, cum de toto nouo & spirituali cultu noui Te-  
menti, non de Missa sacrificio loqui, sicuti Iren-  
aeus ipse ibidem hunc locum Malachie exponit,  
quam interpretationem Irenaei, autores libri  
Augustani omiserunt, priori parte  
sententie tantum citata, sic  
quib[us] addit Irenaeus.

*Lateribus*

CONFUTATIO ARGUMENTO: QVAB

**Q**VONIAM magnum est No-  
men meum in gentibus , dicit  
Dominus omnipotens, manifestissime  
significans per haec, quoniam prior quic-  
dem populus cessauit offerre Deo, om-  
ni autem loco sacrificium offertur ei &  
hoc purum, Nomen autem eius glorifi-  
catur in gentibus.

Quibus uerbis clare ostendit Irenæus, Malas-  
chiam non de Missæ, sed Euangelij sacrificio uatici-  
nari, cuius odor fragrans & incensus, seu sparsus in-  
ter gentes per totum terrarum orbem, gratissima  
Deo hostia est, sicuti & Paulus 2. Cor. 2. ait. Deo  
gratias, qui odorem noticie sue manifestat per nos  
in omni loco.

Interpretatur autem Irenæus ipse se se, de quo  
sacrificio locum Malachiæ intelligat, cum in ses-  
quenti capite ait. Incensa, Iohannes in Apocalypsi.  
prationes ait esse Sanctorum.

Ita & Tertullianus in libro aduersus Iudeos  
hunc Malachiæ locum, de toto noui Testamenti  
cultu spirituali intelligit. Hæc autem sunt ipsius  
uerba.

Cur Itaq;

PRO ASSERTIONE MISSAE ALLEGAN:

VR itaq; postea per Prophetas  
prædicat Spiritus, futurum, ut in  
omni terra aut in omni loco offerantur  
sacrificia Deo, sicut ipse per Malachiam  
Angelum unum ex duodecim Prophetis  
dicit, Non recipiam sacrificium de mani  
bus uestris, Quoniam ab oriente Sole,  
usq; ad occidente Nomen meum glori  
ficatum est in omnibus gentibus, dicit  
Dominus omnipotens. Et in omni loco  
offerentur sacrificia munda nomini meo.  
Item in Psalmis David dicit, Adferre  
Deo patriæ gentium.

Indubitate (inquit Tertullianus) quod in o  
ni terra exire habebat prædicatio Apostolorum.

Idem ibidem mox paulo infra, de spiritualibus  
sacrificijs addit dicens, & in omni loco sacrificia  
munda offerentur nomini meo dicit Dominus.

Sic ueteres Doctores Ecclesie, uicini Aposto  
lorum temporibus hunc Malachia locum exponunt.  
Quem aduersarij pro afferendo Missæ sacrificio alle  
gent.

CONFUTATIO ARGUMENTO: QVAB

Ceterum quæ sit oblatio, quam Ecclesia ab Apo-  
stolis, accipiens in uniuerso mundo offert Deo,  
docet Irenæus ibidem claris uerbis, quæ callide &  
ueterotoriè autores nouæ reformationis omiserunt,  
cum statim subiicit:

Ei, qui alimenta nobis præstat, pri-  
mitias suorum munerum in nouo Testa-  
mento.

Vocat primitias munera, oblationes illas pa-  
nis, uini & ceterarum rerum quæ ad altare siebant  
in ihsu pauperum, cum cena Dominica haberetur.

Ita & in sequenti capite sese interpretatur.

Per munus (ait) erga Regem & hos-  
nos & affectio ostenditur, quod in omni  
simplicitate & innocentia Dominus uos-  
lens nos offerre prædicauit dicens, Quum  
igitur Offers munus tuum ad altare &c.  
Postea addit, Offerre igitur oportet Deo  
primitias eius creaturæ, sicut & Moïses  
ait. Non apparebis uacuus ante conspe-  
ctum Dei tui.

Vult

## PRO ASSERTIONE MISSAE ALLEGAN:

Vult autem Irenæus cum illa externa oblatione numerum, coniungi quoque spirituales cultus & oblationes, fidem, charitatem, spem, conscientiam puram &c. Sic enim refert:

Oportet nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori Deo, in sententia pura, & fide sine hypocrisi, & spe firma, in dilectione ferventi, primitias earum, quae sunt eius creaturenrum offerentes, & hanc oblationem Ecclesia sola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex crea-  
tria eius.

Hic iterum dicit creaturem offerri Deo, Filius autem Dei non est creature. Ergo in cena Domini ea offerri non potest filius Patri.

Clare autem ostendunt postrema uerba capitulo 33. Irenæum loqui de Eleemosynis, que pauperibus in cena Domini distribuebantur, & simul de ipsa cena, precibus, & gratiarum actionibus, que in cena Domini fiebant, & hec omnia ex consuetudine eorum temporum, ab ipso uocari oblationem, sic uero ait.

## CONFUTATIO ARGUMENTO : QVAB

Offerimus ei, non quasi indigentis  
sed gratias agentes donationi eius, & san-  
ctificantes creaturam. Quemadmodum  
enim Deus non indiget eorum, quae a  
nobis sunt, sic nos indigemus offerre  
aliquid Deo, sicut Salomon ait, Qui  
miseretur pauperi, foeneratur Deo. Qui  
enim nullius indigens est, Deus, in se al-  
sumit bonas operationes nostras, ad hoc  
ut prestat nobis retributionem bonorum  
suum, Sicut Dominus noster ait, Ve-  
nire benedicti Patris mei, percipite pra-  
paratum uobis Regnum. Esuriui enim  
& dedisti mihi manducare, Sitiui & po-  
rasti me &c. Sicuti igitur non his indi-  
gens, attamen a nobis propter nos fieri  
uult, ne simus infructuosi, Ita ad ipsum  
uerbum dedit populo præceptum faci-  
endarum oblationum, quamuis non  
indigeret eis, ut disceret seruire. Sic &  
ideo nos quoq; offerre uult munus ad  
altare frequenter sine intermissione, Est  
ergo altare in cœlis, Illuc enim preces  
nostræ, & oblationes nostræ dirigun-  
tur

Obla tio-  
nes sunt  
preces.

PRO ASSERTIONE MISSAE ALLE.

etur, & ad templum, quemadmodum  
Iohannes in Apocalypsi ait, & apertum  
est templum Dei & tabernaculum, Ec-  
ce enim inquit tabernaculum Dei, in quo  
habitat cum hominibus.

Hoc de Irenae sententia & simul de loco Mis-  
sachiae dicta sufficiant.

CYPRIANVS EPISTO-  
larum lib. 2. Epist. 3.

Si Iesus Christus Dominus & Deus  
Snoster ipse est summus Sacerdos  
Dei Patris, & sacrificium Deo Patri  
ipse primus obtulit, et hoc fieri in sui com-  
memorationem præcepit, utiq; ille Sa-  
cerdos uice Christi uerē fungitur, qui  
id quod Christus fecit imitatur. Et sacri-  
ficium uerum & plenum tunc offert  
in Ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offer-  
re, secundum quod ipsum Christum ui-  
deat obtulisse.

## CONFUTATIO ARGUMENTOR. : QVAB

Certum est Cyprianum non loqui de Missis pri  
uatis, que illis temporibus ignotæ fuerunt, sed de di  
stributione Sacramenti & communione populi. Si  
cui enim Christus in ara crucis seipsum Deo Patri  
obtulit, & ut perpetua huic sue oblationis memo  
ria cum gratiarum actione, in Ecclesia seruetur,  
canam instituit, panem fractum corpus suum di  
stribuit discipulis commendendum, Et calicem uinos  
non sola aqua mixtum (ut quidam Cypriani tem  
pore miscebant quorum morem in hac Epistola re  
prehendit:) sanguinem suum dedit bibendum, Ita  
Sacerdos distribuens corpus & sanguinem Christi,  
uxtra eius institutionem, gratiae agens Deo Patri  
pro passione & oblatione Christi in ara crucis semel  
facta, uice Christi uere fungitur, qui id quod Christus  
fecit, imitatur.

Et quod addit' Cyprianus, & sacrificium ue  
rum & plenum tunc offerri in Ecclesia Deo Patri.  
Si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Chris  
tum uideat obtulisse, Non intelligatur Sacerdos  
solus stans ad aram & offerens Deo Patri filium suo  
sum, sed distribuens populo corpus & sanguinem  
Christi, & ut dictum est, preces ac gratiarum actiones  
pro unico Christi sacrificio offerens Deo Patri.  
Hoc enim sic est offerre, sicut Christus in cena ob  
tulit,

## PRO ASSERTIONE MISSAE ALLEGAN:

tulit, Nam in coena non obtulit sese Deo Patri, Sed  
ut uerba institutionis sonant, Manducantibus illis,  
acepit Iesus panem, et benedicens fregit et dedit  
eis, et ait, Sumite, hoc est corpus meum, Et accepto  
calice gratias agens dedit eis, et biberunt ex illo  
omnes.

Offerre igitur in coena Domini, eo modo quo  
Christus obtulit, significat gratias agere, precari  
Deum, et corpus ac sanguinem Christi distribuere.

Hanc esse sententiam Cypriani, testantur se  
quentia eius uerba, An illa sibi aliquis con-  
templatione blanditur, quod et si mane  
intelligit coenam Dominicam ad quam mane plebs  
conuocabatur aqua sola offerri (hoc est plebs  
distribui) uidetur, tamen cum ad coenan-  
dum uenimus (nempe in conuiuio priuato domi)  
mixtum calicem offerimus, (id est, conui-  
uis distribuimus, neque enim merum ille gentes bibet  
tant, sed unum mixtum aqua.)

Et addit Cyprianus, Sed cum coenamus ad con-  
uiuim nostrum plebem conuocare non pos-  
sumus (scilicet sicuti mane plebs, ad dominicam  
coenam celebrandam, conuocatur) ut Sacramen-

S S ti ueritas

CONFUTATIO ARGUMENTORUM QVAB  
ti ueritatem, fraternitatem omni præsen-  
te celebremus.

Oblatio Apparet igitur illam oblationem, de qua Cy-  
tempore prianus loquitur, fuisse distributionem sacramenti,  
Cypriani. Et gratiarum actiones et communionem populi, sicut  
ti ibidem se interpretatur cum inquit, Quia passio-  
nis eius mentionem in sacrificiis omnibus facimus.  
(Passio enim Domini est sacrificium quod offerimus)  
nihil aliud quam quod ille fecit, facere debemus.  
Scriptura enim dicit, Quotiescumque ederitis panem  
istum, et calicem istum biberitis, mortem Domini  
annunciabis quoadusque ueniat. Quotiescumque  
ergo calicem in commemorationem Domini et pa-  
ssionis eius offerimus, id quod constat dominum sco-  
cisse, faciamus. Hec Cyprianus.

Sacrificio Citantur et aliorum Patrum dicta, quos cer-  
uum et oblationum est sacrificium et oblationem uocare totam acti-  
lationem onem eukaristie, suumptionem sacramenti, preces.  
quid Sanctorum gratiarum actiones, commemorationem passionis.  
At Patres ex omnium beneficiorum Christi et ceterorum et sacrificia  
appellent. um seu oblationem non appellari ab eis tantum ipa-  
sius sacerdotis opus, sed et ipsius populi. Vnum  
enim opus et una oblatio sacerdotis et populi est,  
non aliud offert sacerdos, aliud populus, sed et sa-  
cerdos.

## PRO ASSERTIONE MISSAE ALLEGANT.

Sacerdos & populus simul offerunt & sacrificant Deo,  
scutum clare ex hac Chrysostomi sententia supra citata  
adparet, Patres sic de sacrificio Missæ sensisse cum  
Cap. 8. Homel. 18. in 2. ad Corinth. sic inquit:

Est ubi Sacerdos nihil differt à sub-  
ditto, ut quando fruendum est reuerens fert à lais  
mysterijs. Similiter enim omnes, co in usu  
ut illa percipiamus, digni habemur, cœnae Do-  
Non sicut in veteri lege partem quidem mini.  
Sacerdos comedebat, partem autem po- Sacerdos  
pulus, & non licebat populo participem et populus  
esse eorum, quorum particeps erat Sa- simul sunt  
cerdos. Sed nunc non sic, uerum om- participes  
nibus utrum corpus proponitur & pocu- corporis  
lum unum. et sanguinis Domini

Quia & in precibus uiderit quis  
populum multum simul offerre, cum  
pro energumenis, tum pro poenitenti-  
bus. Communes enim preces fiunt &  
omnes unam dicunt orationem etc.

Et paulo infra. Ea quæ sunt Eucha-  
ristiæ, communia sint omnia. Neq; enim  
ille solus gratias agit, sed etiam omnis  
populus &c.

Sacerdos

nihil dif-

fert à lais

co in usu

cœnae Do-

Non sicut in veteri lege partem quidem mini.

Sacerdos comedebat, partem autem po-

Sacerdos

pulus, & non licebat populo participem

et populus

esse eorum, quorum particeps erat Sa-

simul sunt

cerdos. Sed nunc non sic, uerum om-

participes

nibus utrum corpus proponitur & pocu-

corporis

et sanguini

ni Domini

ni.

Populus et

Sacerdos

simul offe-

runt, pre-

ces nempe

et gratia-

rum actio-

ones.

V

## CONFUTATIO ARGUMENTO: QVAB

Vides hic oblationem non esse sacerdotis tantum, sed et populi, et eam uocari totam actionem Eucharistiae, unde apparet, quid S. Patres per uocem sacrificij seu oblationis intellexerint, et quid ad Patrum sententias omnes citatas, sit respondendum.

## V I.

**S**EXTO citatur exemplum Melchisedech, et ad hoc confirmandum allegatur dictum Augustini lib. 3. Cap. 20. contra aduersorum Legis et Prophetarum, ubi, Noverint, inquit, qui legunt, quid protulerit Melchisedech, quando benedixit Abram, et si iam sunt participes eius, uident tale sacrificium nunc offerri Deo toto orbe terrarum, Unde aliis Propheta dicit, ad eum quem secundum carnem est Israel, Non est nabi uoluntas in uobis.

Nihil pudet aduersarios, Missae assertores, citare patrum dicta pro stabiliendis Missae impictatis sacrificiis, Augustinus hic manifestis verbis citans Malachiae locum supra nobis tractatum, ostendit Melchisedechi sacrificium non esse de Missa, sed totius noui Testamenti sacrificio intelligendum, de propagatione Evangelij per totum terrarum orbem,

de Lillo

## PRO ASSERTIONE MISSAE ALLEGAN:

de Invocatione, Gratiarum Actione, timore & amore Dei, & ceteris spiritualibus cultibus & oblationibus, sicuti & Tertulliani expositionem supra retulimus. Et ut maxime Melchisedech oblationem ad cœnam dominicam referas, tamen intelligenda erit de tota actione sicuti iam sepe dictum est.

## VII.

SEPTIMO obicitur, omnibus seculis ab Abel usq; fuisse sacerdotium & certa sacrificia, ideo & novo Testamento iuge sacrificium restituendum esse, iuxta dictum Pauli, Quotiescumq; manducabitis panem hunc, & calicem bibitis, mortem Domini annunciatibus donec ueniat. Quare iuge Missæ sacrificium in Ecclesia usq; ad aduentum Domini retainendum est, & scelerate faciunt qui hoc abrogant.

Facilis est responsio, Primum uerum est cm. De p̄cipi  
nibus et acibis fuisse Sacerdotium & sacrificia di- tuo sacra  
m̄nitus instituta & precepta. dotio,

Nam cum semper facit Ecclesia & mansura,  
sit in omnem

## CONFUTATIO ARGUMENTO : ETC.

fit in omnem eternitatem, ideo etiam necesse est, si  
esse & esse semper Sacerdotium & sacrificia.

Abel Sa-  
cerdos.

Sic Abel fuit Sacerdos uera Ecclesiæ Dei, qui  
(ut Epistola ad Hebreos inquit) Fide uberiori  
hostiam quam Cain Deo obtulit, id est, uera agniti-  
one & fiducia promissi seminis Mediatoris, uera in-  
vocatione, pœnitentia & cœteris spiritualibus sacri-  
ficijs coniunctis cum externa oblatione, cum Cain  
solo opere sacrificij niteretur, & esset sine agnitione  
& fiducia promissi seminis liberatoris.

Tales Sacerdotes in Ecclesia Dei postea fues-  
runt, Enoch, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Jacob,  
Joseph, qui & externa & spiritualia sacrificia  
quibus fidem suam in promissum Semen testati sunt,  
Deo obtulerunt:

Externum  
Sacerdotii  
um insti-  
tutum.

Post hos Patriarchas, ut promissio de Semine  
liberatore conseruaretur, Deus ex posteritate Abra-  
ham delecto populo, instituit externum Sacerdotium;  
cum externis ceremonijs & sacrificijs, quæ de unicō  
& eterno sacrificio Messie, qui se ipsum hostiam  
Deo patri, pro reconciliando genere humano obla-  
turus esset populum commonescarent. Sed hoc sa-  
cerdotium, ha ceremoniae & sacrificia, tantum ad  
illum pos-

## PRO ASSERTIONE MISSAE ALLE.

Illum populum pertinebant, non etiam ad alios, Ideo  
diserte inquit Deus, Loquere filii Israel. Item, Has  
facietis in generationibus uestris.

Erat enim illud Sacerdotium Aaronis & Le-  
vitica sacrificia alligatum ad certum populum, tem-  
plum, locum, & tempus quoque praeinitum, quo hec  
omnia essent abroganda, sicuti Danielis 9. et paſſim  
in Psalmis & scripturis Prophetarum hec praecen-  
pta sunt.

Abrogato igitur ueteri Sacerdotio cum omni-  
bus sacrificijs, que fuerunt umbrae futurorum, Cirri-  
stus eternus Pontifex & Sacerdos, sedens ad dextram Sacerdote-  
ram Patris constitutus est, qui semel sese Deo Patrium Christi  
offerens, una oblatione consummavit in eternum sibi  
sanctificatos, ita ut iam nulla alia Hostia, pro expia-  
tionis peccatis opus sit. Hic enim est προσφέρων  
νοή προσφέρομενος.

Et hoc est uerē iuge & eternum sacrificium, Iuge et eo  
Hic enim aſiduo Pontifex, Mediator & intercessor, eternum fa-  
sedens ad dextram Patris, placat eius iram, & in-  
terpellat pro nobis.  
quod sit;

Deinde & hic in terris eternum sacerdotium  
& sacrificia ab ipso instituta & precepta, ipse con-  
seruat

## CONFUTATIO ARGUMENTO : ETC.

seruat, Dat enim alios Apostolos, Prophetas, Pastores &c. Conseruat Sacerdotium & ministerium uero bi, usum Sacramentorum, ueram inuocationem & alios spirituales cultus. Semper erunt aliqui in Ecclesia, qui puritatem doctrinae & uerum usum Sacramentorum reinebunt, & qui Dcūm in spiritu & ueritate colent, et si quoq; magna e sint sancta genebra.

Quare & nos qui puritatem doctrinae profitemur, & uerum usum Sacramentorum cum uera poenitentia reuememus, habemus iuge illud sacrificium, propagationem coelestis doctrinae, eius confessionem, preces, gratiarum actiones, Baptismum, coronam Domini iuxta institutionem Christi &c.

Execrandi autem sunt illi, qui loco huic eterni sacrificij, abominationes Missarum uolunt esse uoge sacrificium.

Hac de praeципuis argumentis & scriptura locis ac patrum sententijs, quibus pro stabiliendo Missæ sacrificio abutuntur, hoc tempore dixisse sit satis.

Nunc de certis quibusdam patribus Mis-  
se, que ad eam necessariae esse  
putantur dicimus.

De hoc

# DEVOCABULO SACRIFICII ET oblationis.

**S**VPR A IN INITIO TRA-  
Statutus ostendimus Missam à græcis alias λε-  
τουργίας, alias ἱερουργίας uocari, & λετουργίας  
in genere significare ministerium, Et Missam ideo  
uocari λετουργίας quod λειτουργός. hoc est, mini-  
ster, bonum publicum, id est, Sacramentum alijs ad-  
ministrat seu dispensat, sicuti Paulus Rom. 15. se-  
uocat λετουργὸν ministrum Iesu Christi in gentes  
qui sacrificet Euangelium Dei, ut fiat oblatio gen-  
tium accepta & sanctificata in Spiritu sancto, ubi  
Paulus utraq; uoce λετουργίæ & ἱερουργίæ usus  
est.

ἱερουργὴν igitur in genere significat sacris  
operam dare, sacrificare seu rem sacram facere,  
Sic Herodianus ἱερουργῶντα διπλοὶ πεζὶ τε βω-  
μῷς Χορεύοντα. Ita sancti Patres Tertulli-  
anus, Cyprianus & alij ueteres, uoce sacrificij,  
simpliciter in genere pro eo utuntur, quod est re-  
bus sacris operam dare.

Sic Augustinus libro 10. Cap. 6. de ciuit.  
T Dei, num opus  
sacrificij.

## DE VOCABULO SACRIFICIIS.

Dei, Omne (inquit) bonum; opus Deo placitum,  
quod propter ipsum fit, & ad Deum resertur, sa-  
crificium dicitur.

Et Epiphanius lib. 3. contra Collyridianos,  
Apostoli sacrificantes per terram Euangelium una  
cum Paulo & Barnaba, & reliquis.

Item Cyprianus in sermone de Eleemosynis  
Locuples & diues, dominicum celebrare te credis,  
que Corbonam omnino non respicis, que in domini-  
cum sine sacrificio uenis, que partem de sacrificio,  
quod pauper obtulit, sumis.

Hic Eleemosynas & oblationes panis & uini  
in Ecclesia & ad coenam in usus pauperum oblatas,  
uocat Sacrificium & oblationem, sicut i & Paulus  
Philip. 4. Habeo omnia & abundo, repletus sum,  
acceptis ab Epaphroditto que misistis in odorem sua-  
uitatis, hostiam acceptam, & placentem Deo. Sic  
quoq; Eleemosynas Irenaeus in sententia supra ex.  
Cap. 32. libro 4. Sacrificium & oblationem uocat.

Oratio sa-                      Vocarunt etiam more scripturae preces &  
crificium                      graiarum actiones sacrificia & oblationes sancti  
& oblatio patres, ut Tertullianus in Apologetico, Offero ci-  
                    opinam

## ET OBLATIO.

optimam & maiorem hostiam quam ipse mandauit;  
orationem de carne pudica, de animo innocentis &c.

Idem ad Scapulam, Sacrificamus pro salute  
Imperatoris, sed Deo nostro & ipsius, sed quomodo  
precepit Deus, pura prece.

Et Augustinus ad Innocentium Papam Epistola 95. sicuti nunc per orationis sacrificium conuincimur, sic & in Missa græca extat oratio, Domine Deus omnipotens, qui solus es Sanctus & suscipias sacrificium laudis ab inuocantibus, te ex toto corde ore, suscipe etiam nostras peccatorum preces &c.

Ideo Augustinus in Epistola 59. ad Paulinum Cur missa ostendit, cur Missa uocetur oblatio, à precibus nemo uocetur per Antistitem oblatis, Sic enim resert, Vouent oblatione autem omnia que offeruntur Deo, maxime Sancti altaris oblatio, quo Sacramento prædicatur nostrum aliud uotum maximum, quo nos nouimus in Christo mansuros esse, utiqs in compage corporis Christi. Cuius rei Sacramentum est, quod unus panis, unum corpus multi sumus. Ideo in huius sanctificatione & distributionis preparatione, existimmo Apostolum iussisse propriè fieri προσυχας ad eft, orationes, uel ut nonnulli minus perite inter-

## DE VOCABULO SACRIFICII ET OBLAT.

pretari sunt, adorationes, hoc est enim ad uotum,  
quod usitatius in scripturis nuncupatur εὐχὴ. In  
terpellationes autem sunt, cum populus benedici-  
tur. Tunc enim Antistes, uelut aduocati, suscep-  
tos suos per manus impositionem misericordissime  
offerunt potestati &c.

Hic Augustinus & preces, seu (ut ipse uocat)  
uota populi & interpellationes seu orationes Epi-  
scopi, quæ pro populo sunt, uocat oblationes, Vn<sup>a</sup>  
de Missa seu coena Domini nomen oblationis precio-  
pue habet apud S. Patres.

### Preces ob- lationes.

Item Epistola ad Ebre. Cap. 5. uocat preces  
oblationes, Qui in diebus carnis suæ, preces sup-  
plicationesq; ad eum, qui posset illum saluum fa-  
cere à morte, cum clamore ualido & lachrymis  
offerens exauditus est. Item Cap. 13. Per ipsa sunt  
offeramus hostiam laudis &c.

Hec de vocabulo Sacrificij & oblationis  
sufficient, Nunc de re ipsa  
dicemus.

NEMINEM

NEMINEM POSSE  
OFFERRE CHRISTVM  
DEO PATRI, AVT FACE  
re sacrificium pro tollendis peccatis,  
præter ipsum filium Dei, Domini  
num nostrum Iesum  
Christum.

## PRIMA RATIO.

PRIMA RATIO SVM I<sup>s</sup>  
tur ex definitione, Offerre enim significat se  
subiçere uoluntati Patris, in se deriuare iram, &  
ponus pro nostris peccatis luendas, uel se sistere sa-  
crificium seu uictimam, gestantem peccata populi,  
destinatam iræ Dei, & exitio propter iram Dei  
aduersus peccata, quod est esse rem ream, damna-  
tam, esse maledictum, sicuti Esaias inquit, Ponet  
animam suam peccatum, id est, hostiam pro pecca-  
to, & Paulus, eum qui non nouit peccatum, fecit  
peccatum, Et Baptista, Ecce agnus Dei qui tollit  
peccata mundi, id est, qui gestat iram Dei qui ma-  
ctatus & oblatus placabit iram Dei accensam ada-  
uersus peccata.

Quid sit  
offerre.

Talis agnus & uictima, & qui talem uictimam  
offerat, sacerdos, solus Christus est, qui per propri-

T 3 um san-

## NEMINEM POSSE.

um sanguinem introiuit semel in sancta, & semel ipsum obtulit immaculatum Deo. Item Iohannis 17.  
Ego sanctifico me ipsum pro eis, id est, Ego me ipsum offero uictimam & sacrificium pro eis, Nemo enim aliis me offerre potest, cum ego unicus sim Sacerdos aeternus, & unicus agnus Dei, hoc est, uictima, qua placatur Pater.

Hic igitur solus est offerens & oblatio. Est igitur horrenda presumptio, Deo Patri uelle offerre filium suum, aut aliud sacrificium pro peccatis & ignorantia populi, pro redemptione animarum, pro spe salutis, ut sonant Canonis uerba.

## II.

**SECUNDA RATIO** summa  
Stur à typo & figura Sacerdotij ueteris Testamēti, sicuti solus Pontifex ingreditur in sancta sanctorum cum sanguine, ita & solus Christus summus Sacerdos non per sanguinem hincorum aut uitulorum, sed per proprium saugumem introiuit semel in sancta, eterna redēptione inuenta Heb. 9.

Item sicuti soli Aaroni & filiis eius licet offerre pro peccato populi Leuit. 9. Ita solus Christus offert sese pro,

## OFFERRE CHRISTVM.

se se pro expiandis peccatis populi, & nulli alijs pro  
peccatis offerre quicquam licet.

Item sicut in veteri Testamento, cum Sacerdos  
offert pro suis & populi peccatis, & ut Leui. 36.  
precipitur, cum Pontifex offert hircum uiuentem,  
& posita utraq; manu super caput eius confitetur  
omnes iniquitates filiorum Israel & uiuersa deli-  
cta atq; peccata eorum, que imprecans capiti eius,  
emittit illum per hominem paratum, in desertum,  
Hac, inquam Sacerdos faciens fatetur se neq; sua  
neq; populi peccata expiare posse ullis sacrificijs,  
sed testatur alium pontificem & aliam hostiam uen-  
turam que peccata populi & totius mundi & iram  
Dei contra peccata in se derivatura sit, cuius unius  
sacrificio peccata sint semel expianda.

Ita quoq; in nouo Testamento nullius sacerdo-  
tis aut sacrificij oblatio ualeat ad delenda peccata &  
promerendam uitam eternam, quam unius Christi  
sacrificium, qui Pontifex semetipsum eterno Pa-  
tri obtulit.

Veteris enim Testamenti expiationes tantum  
ad hoc proderant, ne ex politia & Synagoga popu-  
li tali modo mundati, ejacerentur, Impossibile enim  
erat sanguine taurorum & hircorum auferri pec-

NEMINEM POSSE OFFERRE.

cata, Vnius autem Christi sanguis tanquam agni  
immaculati conscientiam nostram emundat ab om-  
nibus peccatis, Heb: 9. & 10. Pet. 1. Ioh. 1.

III.

**T**ERTIA ratio sumpta est à cir-  
cumstantia temporis. Tempus noui Testa-  
menti, est tempus remissionis peccatorum, Vbi au-  
tem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato.  
Hebreor. 10.

Quia enim per unicam oblationem Iesu Chris-  
ti, iam parta est remissio peccatorum, ideo hoc tem-  
pore non aliquo sacrificio pro peccato, sed tantum si-  
de opus est, qua tibi hoc unicum & aeternum Christi  
sacrificium applies, & statuas propter hunc Pon-  
tificem, & hanc solam uictimam tibi remitti pecca-  
ta, te recipi, tibi donari uitam & salutem.

Duo tan-  
tum tem-  
pora, Pri-  
mum obla-

tionis, Se-  
cundum re

Duo enim tantum à condito mundo, usq; ad  
finem rerum sunt tempora.

Prius est ab Adam usq; Christum, quod est  
tempus sacrificiorum, ubi necesse erat fieri sacri-  
ficiis, non quidem ut per illa tollerentur peccata &  
peccatorū placaretur

## OFFERRE CHRISTVM.

placaretur ira Dei, sed ut essent testimonia uenturae  
hostie, seminis mulieris & Abrahe, quæ unica ho-  
stia esset expiatura peccata & placatura iram Dei,

Posterius tempus à Christo resuscitato, est Tempus à  
tempus remissionis peccatorum, tempus oblati iam Christo re  
illius unici sacrificij filij Dei pro peccatis mundi, suscitato,  
tempus reconciliati Dei, quo tempore non sacrificio est remissi  
aliquo pro peccato, quod iam deletum est sanguine onis pec-  
filij Dei, sed tantum fide applicante nobis hoc Christi catorum.  
sacrificium, et gratiarum actione opus est.

Sic Heb. 10. de hoc utroq; tempore scriptum  
est. Omnis quidem Sacerdos, præsto est quotidie  
ministrans, & easdem saepe offerens hostias, quæ non  
possunt auferre peccata, Hic autem unam pro pec-  
catis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextra  
Dei, de cætero expectans, donec ponantur inimici  
eius scabellum pedum eius. Una enim oblatione con-  
summauit, in sempiternum sanctificatos.

Quare tempore noui Testamenti non opus est  
Ιαξινῷ seu propiciatorio, sed tantum εὐχαριστίᾳ  
sacrificio, ut gratias agamus pro unico et eterno sa-  
crificio Christi, & pro donata remissione & salute,  
& eam fide acceptemus, nobisq; applicemus.

T S Quarta

NEMINEM POSSE.

III.

**Q**UARTA RATIO cur  
Christus semel & unica hostia consummavit  
in eternum sanctificatos, Ergo non opus est, iterari  
hoc sacrificium pro peccatis tollendis quotidie, uel  
eandem hostiam, uel alias offerre, sicuti Heb. 7.  
Scriptum est, Christus Ponifex non habet necessita-  
tem quotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro  
suis delictis hostias offerre, deinde pro populi, hoc  
enim fecit semel, seipsum offerendo. Et quod Chri-  
stum hostiam nemo preter semetipsum offerre pos-  
sit, supra ostensum est.

CONFUTATIO.

**S**ED hic obiciuntur dicta sanctorum  
Patrum, Ambrosij, Chrysostomi, Theophilachi  
& aliorum, quorum haec est sententia, In Christo se-  
mel oblat a est hostia, ad salutem sempiternam po-  
tens, Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offe-  
rimus? Sed ad recordationem mortis eius, &  
una est hostia, non multæ, quia semel oblatus est Chri-  
stus. Hoc autem sacrificium, exemplum est illius,  
id ipsum, & semper id ipsum, prouinde hoc idem  
est sacrificium. Item Pontifex ille est, qui hostiam  
obtulit

## OFFERRE CHRISTVM.

obtulit nos mundantem. Item ipsam offerimus etiam nunc, quæ tunc oblata est, consumi non potest, quod nos facimus in commemorationem sit eius, quod factum est, Hoc enim facite (aut) in meam commemorationem.

Hæc sententia interdum paululum commutatis verbis saepe in Patrum scriptis repetitur, Quam quidam ita intelligunt cum patres dicant unam esse hostiam quam Christus obtulerit, & quam ipsi offerant se offerre nunc, quæ tunc oblata est, ut putent se filium Dei tenere in manibus & illum Deo Patri offerre pro peccatis & ignorantib[us] populi. Sed hanc Nulla hostia ad sacrificium am

Cum enim (ut Ambrosij uerba hic clare sonant) semel in Christo oblata hostia, potens sit ad salutem sempiternam, igitur nec illius, nec alterius hostie oblatione ad salutem amplius opus est, quæ propter semel oblatam hostiam Christum, omnibus credentibus datur.

Magnum igitur discrimen est inter sacrificium seu hostiam, quam Christus ipse semel obtulit & quam se Patres quotidie offerre dicunt.

Christi

## NEMINEM POSSE.

Christi ho  
stia quo  
modo po  
tens,

Christi hostia, sola & semel oblata, potens  
est ad salutem, ad delenda peccata, ad promerendam  
uitam eternam, prater hanc, nulla alia hostia tam  
potens est.

Quæ igitur est uis seu efficacia sacrificij seu  
hostiae de qua Patres loquuntur? Hæc est, ut so  
nant hoc loco uerba Ambrosij, & aliorum Patrum,  
ut sit annuntiatio, seu recordatio mortis Domini,  
& exemplum illius sacrificij quod Christus obtulit  
semetipsum hostiam nos mundantem, ita nos offeris  
mus in commemorationem eius quod factum est, si  
cuti præcepit Christus: Hoc facite in mei com  
memorationem.

At quæ est illa oblatio & commemoratione,  
quam Christus præcepit, & de qua Patres loquun  
tur? Num ut sacrificium & oblatio fiat protol  
lendis peccatis? Aut pro redimendis animabus ex  
purgatorio? Minime gentium.

Nam ubi peccatorum remissio est, iam non  
est oblatio pro peccato. Et quia hostia in Christo  
oblata potens est ad salutem sempiternam, ergo non  
amplius opus est illius aut alterius hostiae oblatione  
pro salute aut animabus ex purgatorio redimendis.  
Hæc

## OFFERRE CHRISTVM.

Hec enim oblatio pro peccato, semel per Christum facta, repeti & iterari per nullum hominem aut per ullam creaturam, neq; potest neq; debet, cum ipse solum sit offerens & oblatio.

Oblatio  
per Chri-  
stum se-  
mel facta

Hoc igitur sacrificium, seu hæc oblatio, de qua Patres loquuntur, & quam Ecclesia quotidie offert, & quod ingle sacrificium recte uocari potest, iterari multa complectitur & propemodum totum cultum noui Testamenti spiritualem, videlicet, ueram pœnitentiam, gratiarum actiones pro rebus corporalibus & spiritualibus, pro liberatione per Christum facta, & omnibus eius beneficijs, commemorationem ipsius passionis, mortis & sacrificij pro nobis facti. Vnde & commemoratiuum sacrificium uocant, usum cœnæ dominice, cum edendo corpus, & bibendo sanguinem Christi, fide sua quisq; sibi beneficia eius applicat, Orationes pro Ecclesia, pro pace publica, pro Magistratibus, pro calamitosis, & alijs necessitatibus. Postremo propagatio Euangeli & tota nouitas uitæ sacrificium est, ut sicuti Christus semetipsum tradidit Deo oblationem & hostiam in odorem suavitatis pro nobis, ita & nos offeramus nostra corpora, hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, pro gratiarum

Noui Te-  
stamenti  
sacrificio  
um.

NEMINEM POSSE  
gratiarum actione illus unici & aeterni sacrificij  
Christi &c. Rom. 12.

Hæc tot. actio recte uocatur sacrificium eu-  
xæsismop, seu commemorationum passionis & mor-  
tis Christi, & omnium beneficiorum ipsius, sed quod  
non per Sacerdotem sit applicatum alijs, pro delen-  
dis peccatis, aut pro felici prouento frugum, seu al-  
lijs talibus rebus, sed quod quisq; sua fide sibi appli-  
cat, ut iam dicetur:

Cœne Do-

mini obla-  
tio cum orum sanctorum Patrum, quorum sententiae pro-  
communi- stabilia Missa citantur, quiq; ante Gregorium  
one popu- uixerunt, Missam seu potius euenam Dominicam, non  
li appella uocatam oblationem sine communione populi, sicuti  
tas nunc unius solius Sacerdotis opus, oblationem uon-  
cant, sed oblatio quam Patres intelligunt, semper  
coniunctam habuit communionem populi, Sic resert  
Augustinus contra Faustum libro 20. cap. 18.

Sacrificia Hébreorum erant pælicamenta uen-  
turi unius ucripsi sacrificij, quod pro peccatis  
omnium credentium offerri oportet, quod Chri-  
stus obiulit. Vnde iam Christiani, peracti eiusdem sa-  
crificij

## OFFERRE CHRISTVM.

sacrificij memoriam celebrant, sacrosancta oblatione  
et participatione corporis et sanguinis Christi.

Hic audis oblationem et participationem populi coniuncta esse, quia una est sacerdotis et populi actio et oblatio, nisi quo d Sacerdos distribuit, sed non offert solus, sed simul cum ipso populus.

Ei ibidem Cap. 2 1. Sacrificium laudis gloriae faciat me, et illuc via est, ubi ostendam illi salutare meum. Huius sacrificij caro et sanguis ante aduentum Christi, per victimas similitudinum promittebatur, passione Christi per ipsam ueritatem reddetur, post ascensum Christi per sacramentum mortis celebratur.

Hic iterum uocat sacrificium communio-  
nem corporis et sanguinis Christi, que in coena  
toto populo fit, sicuti eandem, ad Bonifacium Epi.  
2 3. immolationem uocat, cum inquit, Nonne semel  
immolatus est Christus in seipso, et tamen in Sacra-  
mento, non solum per omnes Paschæ solennitates, sed  
omni die populis immolatur. Ecce, dicit Christum  
in coena populis, non Deo Patri immolari, id est, of-  
ferri seu distribui.

Addit autem et declarat cur participatio coen-

na Dicitur

Christus  
immola-  
tur popu-  
lis non

Deo patre

## NEMINEM POSSE

Cœna Dō nœ Dominice uocetur oblatio seu immolatio, nempe  
mini obla ex similitudine, Sic enim inquit, Nec utiq; menti-  
tio uocatur, qui interrogatus, cum responderit immolari.  
tur ex si. Si enim Sacraenta quandam similitudinem earum  
militudine rerum quarum Sacraenta sunt, non haberent, om-  
nino Sacraenta non essent. Ex hac autem similitu-  
dine plerumq; etiam ipsarum rerum nomina accipi-  
unt.

## V.

**Q**VINTA ratio, Sicuti in veteri  
Testamento uictime, quæ quotidie offer-  
reabantur, non delebant populi peccata, sed ut  
Theophylactus ait, ostendebant indissolubilia esse  
peccata, & sanguine Taurorum & Hirorum au-  
ferri non posse, Ita qui post oblationem à Christo  
semel factam, Christum in Missa iterum & quoti-  
die pro delendis peccatis offerunt, ostendunt per  
oblationem à Christo factam, non esse expiatæ pecca-  
ta, quæ summa blasphemia est in mortem & san-  
guinem filij Dei, quo abluti & sanctificati sumus.  
Si autem dicant aduersarij, esse tantum commemo-  
ratuum & euχαρισμòp sacrificium, Ergo non pos-  
sunt applicari pro peccatis delendis, pro redempione  
animatorum, tollendus igitur & delendus est Canon,  
auditu.

Sexta

NEMINEM POSSE.

V. I.

**SEXTA RATIO**, Nemo sua

Smit sibi honorem, ut offerat dona & sacrificia  
pro peccatis, sed qui uocatur a Deo, Heb. 5. Solus Christus uocatus est a Deo, ut sit Sacerdos in eterno. Solus Christus secundum ordinem Melchisedech, qui semetipsum Sacerdotem ipsum offert uictimam pro tollendis peccatis mundi, dicitur. Ergo hic honor nulli alijs competit. stia pro peccatis.

VII.

**SEPTIMA RATIO**, Nemo

venit ad Patrem, inquit Christus, nisi per me,  
Et Ephe. 2. dicitur, Per hunc habemus aditum ad  
Patrem. Item Heb. 5. Hunc habentes Pontificem,  
nadeamus cum fiducia &c. Qui fingunt se in Missa  
offerre Deo filium suum, accedunt ipsi Deum sine  
Mediatore, Ergo inanis & frustranea est ipsorum  
oblatio, Orant enim, ut Deus uelit habere acceptum  
filium suum sicuti munera Abel.

VIII.

**OCTAVA RATIO**, Sicut  
aliquis ex populo sumens corpus & sanguinem

## NEMINEM POSSÉ.

nem Christi, non dicitur offerre, Ita nce Sacerdos offert, Quia sacerdotis opus nihil differt à sumensis opere, nisi quod est minister publicus, qui Sacramenta alijs distribuit. Sic enim in saepius citata sententia inquit Chrysostomus, Est ubi Sacerdos nihil differt à subdito, ut quando fruendum est reuendis mysterijs &c. Et si qua hic fit oblatio, ut est precum, gratiarum actionis, ea est communis populi & Sacerdotis.

Quid sit **B**Reuiter igitur sciendum est, offerre Deo filium suum, nihil aliud esse quam credere Deo filium dñe, quod per hunc sit placatus Pater, & propter hunc non imputari nobis peccata, ac nos recipi, domnari nobis iusticiam, Spiritum sanctum, & uitam eternam, Cuius oblationis seu fidei testimonium, est ipsa coena Domini, ut comedens corpus & bibens sanguinem Domini, testaris hoc tanquam signaculo, te credere, quod corpus Christi sit proté traditum, quod sanguis eius sit effusus pro tuis peccatis delendis, hoc est uere offerre, seu, ut nunc loquuntur, sacrificare Deo filium suum, quae oblatio fit propria cuiusque fidei.

Sie necesse est singulos offerre Deo filium suum, ut ipse sit scutum seu umbraculum nostrum contra

## OFFERRE CHRISTVM.

tra iram Dei, contra terrorem peccati & mortis.  
Hunc enim proposuit Deus propiciatorem per fidem  
in sanguine ipsius &c. Et Esiae 4. dicitur, Et ta-  
bernaculum erit in umbraculum diei ab aestu, & in  
securitatem & absconzionem a turbine & a plus  
vita.

## DE APPLICATIO- NE ET VSV COE- NAE DOMINI.

### EODEM ETIAM MODO

de Applicatione sentiendum est, eam non esse Fide pro-  
opus Sacerdotis, sed suam cuiusq; fidem, qua sibi pria non  
beneficia Christi applicet, iuxta illud, Iustus sua fide sacerdotis  
uiuet. Et Christus inquit, fides tua te saluam fecit. opere fieri  
Neq; enim cuiquam remissio peccatorum contingit, applicati-  
onem.

Præterea Christus uult, ut singuli sumentes,  
quisq; pro se mortis & passionis suæ recordentur,  
credant & gratias agant, quod ex ineffabili boni-  
tate suum corpus pro ipsis redimendis tradiderit, &  
sanguinem suum in remissionem peccatorum effude-  
rit.

Cum igitur Christus propria cuiusq; fide &  
sumptione sacramenti applicationem fieri uoluerit,

## DE APPLICATIONE.

Ergo alieno opere applicatio fieri non potest. Sic enim inquit, Hoc facite in mei commemorationem, id est, comedentes corpus & bibentes sanguinem meum, cogitate, quanta beneficia uobis præstiterim deriuans in me iram æterni Patris & uestra peccata, & pro uobis poenam luens &c. Et pro his meis beneficijs agite gratias æterno Patri, qui me pro uobis ~~aut~~ opere uoluit. Hæc in his uerbis instituit Christus, non oblationem aut applicacionem Sacerdotis.

Baptisari  
pro alijs.

Item sicuti Baptismus institutus est, non ut alij pro alijs, sed ut singuli pro seipso credant & baptisentur, ita & coena Domini instituta est, non ut sit oblatio pro uiuis seu mortuis, aut ut per alterius opus alijs applicetur, sed ut singuli edentes & bibentes hoc tanquam sigillo seu pignore gratia, fidem suam exuscitent et confirment, credant corpus, quod comedunt, pro ipsis traditum, & sanguinem quem bibunt pro ipsis in remissionem peccatorum fusum. Quare sicuti Missa non potest pro alijs applicari, ita nec offerri.

Item uerba institutionis Christi, sunt uerbi promissionis. Ergo opus prodest sine fide propria cuiusq; accipientis promissionem.

DB

## DE MISSA PRIVATA.

## DE MISSA PRIVATA.

**Q**VANQVAM AVTEM cur Missæ priuatae non sint tolerandæ, satis sit ostensum superius, tamen paucula adhuc adi-  
scienda sunt. Certum est usum Missarum priua-  
tarum recens esse inuentum, & multis seculis Mis-  
sas nihil aliud fuisse quam communionem seu coe-  
nam populi, id quod, præter sanctorum Patrum  
scripta, testantur etiam capitula de consecratione,  
uidelicet, C. Omnes fideles, C. Episcopus Deo sa-  
crificans, C. Peracta consecratione omnes com-  
municent, qui noluerint Ecclesiasticis carere li-  
minibus, sic enim & Apostoli statuerunt, & san-  
cta Romana tenet Ecclesia. Hic fuit mos primitio-  
ue Ecclesiæ, celebrandæ coenæ Dominicæ iuxta insti-  
tutionem Christi.

Fuisse autem à temporibus Apostolorum  
multis seculis communem totius populi, in Eccles-  
ia, & non unius tantum coenam, Pulchre ostens-  
dit Chrysostomus Cap. 11. prime ad. Corinth. Mos pri-  
mitiuæ Ecclesiæ  
ubique refert.

Diebus legitimis ac solennibus mensas commu-

## DE MISSA PRIVATA.

in coena nes & publicas preparabant, & post mysteriorum  
Dominice communionem, egregio conuentu omnes simul in  
lebranda communia conuiua descendebant, & qui diuites  
censebantur, epulas atq; obsonia in medium affere-  
bant, & pauperes ac nihil habentes, ad publica &  
in commune proposita prandia conuocabantur, atq;  
una eodem conuiulo uescerantur, Verum morem  
hunc etiam in posterum aboleuerunt.

Ac ibidem paulo infra sic inquit, deinceps  
declarat paulus cur non contingat eos Dominicam  
coenam manducare, Vnusquisq; enim, inquit, su-  
am coenam assumit ad manducandum, Et alius  
quidem esurit, aliis autem ebrius est, Animaducrie  
quaeso, quoniodo eos semetipso confundere osten-  
dit. Namq; quod Dominicum est, priuatum effi-  
Dominica ciunt, Quo sit ut ipsi in primis hi sint, qui ini-  
coena omnes ria a seipsis afficianur, cum mensam suam tanta-  
pibus dignitate defraudent, Sed quonam pacto dicet  
communis quisquam? Quia coenam Dominicam hoc est, heri-  
nis, non leui, communem conseruis esse debere certissimum  
priuata est, Quae enim sunt Domini, non huius aut illius ser-  
uicii sunt, non priuatim singulorum sed in commune  
cunctorum, Quod igitur Dominicum est, commune  
est, si enim Domini tui est, quemadmodum certe  
est, non debes id diuellere, & ueluti in priuata con-  
ferre,

## DE MISSA PRIVATA.

ferre, sed tanquam rem Domini conseruis tuis in  
commune proponere, id enim uerè Dominicum est.

At qui dum solus comedis, id non finis esse do-  
minicum, non finis esse commune &c.

Hec quanquam de publicis & communibus  
conuiuijs, que post coenam Domini habebantur, di-  
cat Chrysostomus, tamen recte & uere etiam contra  
eos dicuntur, qui contra manifestam institutionem  
Christi, ex coena communi & publica priuatam uni-  
us tantum sacrificuli faciunt. Verè enim à Chryso-  
stomo dicitur: Dum solus comedis, id non finis esse do-  
minicum, non finis esse commune, inde etiam græ-  
ci hanc Christi coenam συνάξει vocarunt, quod non  
unius tantum, sed multorum coena in publico con-  
uentu à populo celebraretur.

C. Et hoc attendendum, de consecratione, dextre intellectum, aperte prohibet fieri Missas priuatas ita enim refert, Et hoc attendendum, ut missæ peculiares, que per dies solennes à Sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, ut propter eas populus à publicis Missarum solennitatibus (que hora tertia canonice fiunt) abstrahatur, sed Sacerdotes qui in circuitu ur-

Missæ pri-  
uate pre-  
hbitæ.

## DE MISSA PRIVATA.

bis autem in eadem urbe sunt, & populus in unum ad  
Missarum publicam celebrationem conueniant.

Priuatae Missæ pugnant cum institu-  
tione Christi, qui non pro uno, nisi necessitatis tem-  
pore, sed communem & publicam cœnam corporis et  
institutio- sanguinis sui, pro multis instituit. Iubet enim panem  
ue Christi corpus suum accipi, frangi & distribui. Et de Cathe-  
lice ait, Bibite ex hoc omnes. Sed talis fractio seu  
distributio in Missa priuata non esse potest, ubi sa-  
crificulus Sibi soli corpus Domini sumit, & solus de  
calice bibit, et non Dominicam, hoc est, communem,  
sed suam unius cœnam occupat. Debet enim esse  
cœna plurium in unum conuenientium, ut ibidem  
Paulus inquit.

Deinde iubet Paulus mortem Domini in hac  
cœna annunciari, hoc est, celebrari & late in pon-  
pulo spargi beneficia Christi, & in publico con-  
uentu pro ijs gratias agi aeterno Patri Domini nostri  
Iesu Christi. At quæ prædicatio & celebratio mortis  
Domini in priuata Missa esse ipotest, ubi Sacrificulus  
sibi soli uerba, ne ipsi quidem saepè intellecta, mis-  
sitatur?

Quod autem contendunt aduersarij Missarum  
esse illa

## DE MISSA PRIVATA:

esse cultum necessarium, atq; ideo uolunt, ut in singulis ciuitatibus due ad minimum Missæ celebrentur, ad quas populus conueniat, & ibi uel una comunitet, uel se Deo piè commendet, Sciendum est tales Missas quæ à sacrificiis priuatim, uel propter peccata delenda, uel propter animas ex purgatorio redimendas, uel propter fælicem mercatum aut uenationes &c. & sine alijs communicantibus, tantum ut à populo spectentur, fiunt, esse impias, & contrarias institutioni Christi, ut iam saepe dictum est.

Est enim impium instituere cultum sine mandato Dei, ut inquit Christus, Frustra me colunt mandatis hominum.

Est etiam impium transferre corpus & sanguinem Domini in aliud usum quam à Christo inserviendotis constitutus est. Et quia iustus sua fide uiuit, ideo ut non pro supra dictum est, hoc sacerdotis opus non prodest debet aliis, non utentibus coena Dominicæ.

Potest autem, iuxta institutionem Christi, coena Dominicæ, uel singulis uel certis diebus celebrari, sicuti tempore Hieronymi & Augustini, alij quotidie, alij dominicis & certis tantum diebus,

V 5 alij mane.

## DE MISSA PRIVATA.

alij mane, alij uestere communicabant. Et Epiphanius in fine operis sui contra heres scribit Apostolos constituisse, ut die quarta, & in uigilia sabbati & die dominico haberetur eucharistia, que omnia pro ratione temporum, locorum & personarum constituitur, & mutari possunt.

Præterea sicuti nemo priuatim scipsum baptisat, aut baptismum suum alijs sed sibi soli fide applicat, ita & nemo priuatam pro se cœnam instituere, & eam sua precatione aut suo usu, alijs applicare potest. Et sicuti circumcisio non erat sacrificium aut opus quod alijs applicaretur, aut pro alijs fieret, sed necesse erat quenq[ue] hoc signaculum iusticie fidei, pro se in suo corpore recipere, quo signaculo ipsius Coena fides in promissum Semen exuscitaretur & confitetur, ita et baptismus ac coena Domini non pro Domini sunt ullis, nisi qui ipsi ea utuntur & fide propria sibi ea applicant. Quare spectacula Missarum alijs priuatarum, cum non accedit communio, & usus adpli- Sacramenti, prorsus inania sunt, & quisq[ue] etiam si- cari. ne his spectaculis sese Deo commendare potest.

**P**OST REMO in tanta uarietate opinionum de Missa, queritur quid omnino sequendum sit, & quæ uerior, tutior & certior sit sensus sentia. Nam cum maxima potentia & procerum, & maior

## DE MISSA PRIVATA.

Et maior quoque totius populi pars, amplectatur sententiam de Missa, quae a Romanis Pontificibus proponitur, multi mouentur et autoritate et multitudine, ut illi parti se adiungant, Quid igitur nobis statuendum, et sequendum erit?

Hic sequemur sententiam S. Cypriani, qui Epistola 3. lib. 2. Epistolarum sic refert, si in sacrificio, quod Christus est non nisi Christus sequendus est, utique id nos obaudire et facere oportet, quod Christus fecit, et quod faciendum esse mandauit, cum ipse in Evangelio suo dicat, Si feceritis quod mando uobis, iam non dico uos seruos, sed amicos. Et quod Christus debeat solus audiri, Pater etiam de celo contestatur dicens, Hic est filius dilectissimus, in quo bene sensi, ipsum audite. Quare si solus Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putauerit, sed quid, qui ante omnes est, Christus prior fecerit, neque enim hominis consuetus dimem sequi oportet, sed Dei ueritatem.

τελος.

Επιφανεια

PSALMVS XXIII.  
DEVS EST PASTOR  
MEVS &c.

**E**T Deus est Pastor meus, et me ducit euntem.  
Eius et ad nutum pabula sector ouis.  
Hoc præsente mihi contagia nulla nocebunt,  
Nil mihi præsidij, copia nulla deest.  
Namq; uagam renocans in pascua pinguis misit.  
Et laeto irrigui gramine pascit agri.  
Fontis et illimes ad aquas deduxit amœni,  
Vnde aura optati grata uigoris abit.  
Hic mihi languentes restaurat suauiter artus.  
Hinc animæ recreat uiscera tota meæ.  
Ille mihi custos, recto me tramite dicit,  
Iusticie tutum, qua uia monstrat iter.  
Nomen ei iustus caussa mihi nominis ulro,  
Iusticie donat robur et arma sue.  
Hinc etiam mortis si cœca in ualle uagabor,  
Militiæ metuam nulla pericla meæ.  
Tu quoniam mecum DEVS es, tu pastor euntem.  
Et regis, et tuto tramite ducis ouem.  
Vera mihi prebent dulci solatia fructu,  
Virga tua, et baculus, muneric arma tui.  
Virga tua, et baculus, uerbi diuina potestas,  
Ferrea quod subito corda tremore quatit.

HAG:

Hec ego dum letor, te sic curante, parata est,  
Ante oculos splendens regia mensa meos.  
Scilicet ut uideant intabescantq; uidendo,  
Qui mihi perniciem nocte dieq; parant.  
Tu mea balsamea perfundis tempora Nardo,  
Vnde abit in totum cor mihi suavis odor.  
Adde quod ex latices mihi te miscente salubres,  
Mensura est calicis plena fluensq; mei.  
Ergo ego dum carpam concessæ pabula uitæ,  
Donec in hoc mundi fece superstes ero.  
Me tua contigno præcede t gratia passu,  
Me tua non renuet cura paterna sequi.  
Sic habitabo tui fœlix sacraria templi,  
Perpetuoq; domus me tegit umbra tuæ.  
Discite mortales summum decus esse bonumq;  
Vnius in templo posse manere DEI.

Ioannes Stigelius.



EPITAPHIUM REVERENDI VIRI, DOCTRINA, PIETATE & VIRTUTE PRESTANTIS DOMINI JOHANNIS HESI, S. THEOLOGIAE DOCTORIS, & VRATISLAUIENSIS ECCLESIE PASTORIS.

Scriptum à Philip. Melanthe.

Εσίθεω λιπαρῶν θυσία χαριεσέρα ἀλλωρ.  
Ηολὴ ὁμίληρ γλυκερὰ λοιβὴ ιειστὸς ἀγαθήρ.  
Τῶν σοφίαρ καδαρῶς ἐναγγελίοιο μίδιάσκειρ.  
Ηολὴ φωνῆμ ὄσιαις μόγυματα θῆα φρεσίρ.  
Τοῖος ιωάννης ωτὲ ξύνα μίδιασκαλος οἵειρ,  
Ω πατρώα ἔκρ έασος ἐπωινμία.  
Νέσφατα δε λαοὶς αὐέρωμ ἐνταλματα χριστοῦ  
τισός ἐώρ, μολεράς δον προσέμιξ ἀπάτας.  
Ηολ τίμησεν ἀκιεδήλοις ἀρεταῖς θεορ ἀτει,  
ζὺς κραδίη πισίρ, σεμνάτε ήθη εχωρ.  
Νύρ διω ἐε μάνιαρωρ ψυχήρ θεός ήγαγ ὅμιλορ,  
ζὺς δὲ σόρω τάντη λειτανα μήκε πόλιε.

Descessit ex hac mortali uita anno,

M. D. X. L. V. I. I.

Die V. II. Ianuarij.

Quām p̄ciosi pedes Euangelizantium pacem,  
Euangelizantium bona.

EPITAPHIVM LEON.  
HARDI FILII VIRI CLARISSIMI  
Georgij Maioris Doctoris  
Theologiae.

Philip. Melantr. autore.

Παῖδια ὄικτήρων μέχεται χθεντα πρόσεκυτέρη,  
τῶν τοκεάτων ὁ θεός κούκ όπολέθαι εἴται  
Δίξατο διηρ σέ θεός, ὡ λεόναρτε γεφργύμ  
Φίλτατον, ἐπλογύμδεισεβέος τε πατρόσ.  
Εἰδώς γρ θεόμ εἶναι ἀληθέα, ὃς φανερώδη,  
Δυλώσας τέρασιν τῷ νόμοράτρεκέστε<sup>ε</sup>  
Μελή, ἡρόπτειας γῆν σαυρῷ λύτρα τίουτα.  
ωσε καταλάτηψι τῷ πατρὶ φυλα βροτῷρ,  
τὸν δὲ θεόρ πίσιν καὶ καλοῖς ἥθεστ ἐτίμας  
Φωνήσας ἵετηρ χριστὸρ διεῖ ἔμδιναι.  
Ἐτοικα ὄυρανής ζώκε λεοναρτού ἀπολαύεις  
Ιούλιοφέν λαμπρῷ χριστὸρ διεῖ ἐσορᾶς.

Decebit Mersburgi Anno etatis suæ, X IIII.

A nato Christo, M. D. XLVII.

Mense Septemb. die XVII.

MATTH. XIX.

Sinete parvulos uenire ad Me, talium enim  
est Regnum coelorum.

2218745  
OCA 705750439